2

כ״א:

CENTURIA

CANONUM PHILOLOGICORUM:

ſive, qvod idem eſt,

De

IDIOTISMIS

LINGVARUM ORIENTALIUM,

EBRÆÆ,

& ex parte

CHALDÆÆ,

SYRÆ,

ARABICÆq;

CANONES CENTUM.

Qvibus

Doctrina hæc maximè neceſſaria, nobiliſſima latè-patentiſſimaqve aliàs Compendio breviſſimisq; ſanè traditur recenſeturq;

Qvorſum

Referri item facilè poſſunt, & viciſſim inveniri, ſi non omnes, certè pleriq; ac potiſſimi qvidem ſuprà dicti


IDIOTISMI.

Editio ſecunda correctior.

Autore

ANDREA SENNERTO, P.P.

in Academ. Witteberg.



Wittebergæ: typis & ſumptibus JOHAN. RÖHNERI, Acad. Typogr.

ANNO cIↄ Iↄc LXV.

Lectori Benevolo
S. P.

Videri fortasse poteram, Lector Benevole atq; Candide, hac & qvantacunq; scriptione meâ præsente de Idiotismis Lingvarum Orientalium &c. *supersedere vel potuisse me vel debuisse. Ac verum id qvidem est, fateor, sunt prostantq; in hoc genere (qvanquam etiam non adeò multa) talia: adeoq; qvæ seu obiter & incidenter, sive ex professo, qvod dicas, item recensita exarataq; sunt cum studio à suis Auctoribus. Qvorum in numero sunt v. gr. qvæ in Opere regio Hispan. qvod vocant, vel Apparatu sacro ad Biblia S. habentur operâ Bened. Ariæ Montani, Hispalensis: qvæ in Clave Illyrici, Matthiæ Flacii, extant passim, præsertim libro s. parte ejusd. II: qvæ porrò in Thesauro verè aureo Cl. Johannis Buxtorfii, item lib. II: maximè verò qvæ in Philologiâ S. B. D. Salom. Glassii, lib. III. IV. & V. habentur prolixis exponunturq;: adde hodieq; Biblia Anglic. Tom. I. tr. de Idiotism. pag. 45. seqq. Enimverò nostræ hujus Opellæ*

Institutiq; ratio modusq; hæc sunt: primò, ut Compendio rem omnem, (certè latè-patentissima est, testetur experientia, doctrina hæc de Idiotismis Lingg. Orientalium) & , qvæ ab aliis vel sparsim vel prolixiùs tractata utcunqve sunt, in qvasi qvadam Synopsi traderemus proponeremusq; ob oculos: secundò: ut adeò hac Operâ qvalicunq; nostrâ memoriæ, eidemqve locali, qvam vocant, consuleretur qvodammodo: neq; enim facilè occurret (ita speramus, ita confidimus) ejus qvid, in lectione contextûs Bibliorum S. qvod ad Centenarium hunc Canonum nostrorum numerum referri fortè non possit, & vicissim illicò inveniri in iisdem. tertiò: hinc qvadripartita primùm est Opera hæc nostra, porrò Centuriæ interim modò Canonum philologicorum &c. coercita illa iterùm; præterea Canones generales vel generalissimos potiùs, hinc speciales specialissimosq; vicissim effinximus informavimusqve, atq; hæc iterùm omnia, in qvantum licuit fieriqve potuit, suo certo qvodam Ordine, per dictionum sive Orationis partium species singulas,

gulas,

gulas, affectionesqve earundem, in statu utroqve, & absoluto & constructo, & sic porrò. qvartò: Exemplis paucissimis qvidem, vel certè paucioribus, contenti fuimus, talibus tamen in medium productis vicissim, non qvæ dubii generis aut in controversiam trahi possent facilè, sed indubitatis fermè, & qvàm fieri potuit clarioribus, qvæq; mentem statim Canonis sui (qvo de res) vel ipsis sisterent oculis manifestè. qvintò: & hoc addimus, idq; affirmare liceat nobis pro certo, (absit dicto hostilitas vel jactantia) &, qvod ad utrumqve, rem scil. sive Canones, nec non exempla ad hos institutumq; spectantia præsens, esse, qvæ reperiantur in Compendio hocce nostro, qvæ aliàs fortè apud alios, laudatosq; Scriptores superiùs minimè. sexto: per qvos profecimus interim in hoc doctrinæ genere (extra suprà alleg. auctores) præsertim Cll. D. D. Buxtorfium Glassiumq; plerùmqve immediatè post datum mox propositumq; Canonem citavimus, ut qvi velint desiderentq; plura fortè legere ibidem conferreq; cum his nostris possint:

 septimò:

ſeptimò: in Idiotiſmorum doctrinâ circâ Particulas, qvas vocant, ſ. dictiones indeclinabiles, fateor, parciorem me esſe (in tantum tamen, ad genericam qvantum ſufficit cognitionem earundem: peculiarem enim hæ atqve ſingularisſimam ſibi reqvirunt planè tractationem) porrò, qvod de Chaldaiſmo, Syriaſmo necnon Arabiſmo &c. atq; Idiotiſmis heîc uſitatis, intellectum volo quoq;: poterit tamen ejus qvid, oblatum fortè fortunâ Lectori, facilè idem ad Centuriam hanc noſtram ſimilemve referre, atq; exemplis prætereà novis indies locupletare eandem: Chaldæa poſtremò illa, Syra, Arabica nec non Rabbinica Ebraicis expresſimus characteribus qvoq; (ita nimir. qvando oportuit,) non unam ob cauſam. Tu jam Lector Benev. hiſce qvalibuscunque vicisſim, ſi placet, utere noſtris, & bene verte omnia. B. V. in Domino.

INDEX

INDEX

CENTURIÆ CANONUM

PHILOLOGICORUM, De Idiotiſmis Lingvar. Orientalium &c.

Quo

Ordo non tantùm eorundem recenſetur, ſed Μνημονευτικὰ qvaſi ſingulorum breviter adſtruuntur qvoq;

SECTIO I.

De

PLEONASMO.

XVI. Verbi

SECTIO II.

De

ELLIPSI.

SECTIO

SECTIO III.

De

ENALLAGE.

SECTIO IV.

maximè

De

SIGNIFICATIONUM VARIETATE &c.

LXXX.

APPEN-

APPENDIX
De
NOMINIBUS PROPRIIS.

Can. I. Nomenclationis Nominum propriorum ratio accuratè habenda.

II. Pleraq; ab eventu insigni qvodam imposita deprehenduntur.


III. Bene multa composita qvoqve sunt, eorundemq; indoles.

IV. Homonyma sive eadem nomina (propria) pluribus imposita accuratè discernenda.

V. Polyonyma seu diversa nomina propria uni seu rei seu personæ imposita item probè notanda.

VI. Nomina propria Civitatum, in specie pro agro sive tractu circumjacente earundem usurpata.

VII. Nomina propria cautè discernenda ab appellativis: & vicissim hæc ab illis.



PRO-

PROOEMIUM.



Ens fert animi illum Philologiæ ſacratioris evolvere majoris commatis articulum, qvi agit de *Idiotiſmis* ſanctæ matris Ebrææ Lingvæ, nec non ex parte Chaldææ, Syræ, Arabicæq;, trium filiarum illius primigenarum nobilisſimarumq; : qvo qvidem Cardo vertitur totius ferè negotii literaturæ Orientalis.

Fit non rarò, inqvit fermè Cl. Theod. Biblianđer, in erudito ſuo, qvem exſcripſit ad Eccleſiæ Chriſtianæ Præſides, tractatu, de Ratione communi omnium lingvarum & literarum, capite Commentarii, qvod inſcribitur *Conſvetudo, Latinitas &c. pag. m. 125.* qvod reprehendimus nationes in qvibusdam, qvæ ex elegantiis nihilominus, indole & proprietate lingvæ ſunt fluxeruntq;.

Eſt autem, ante omnia, Idiotiſmus ſive ἰδιώτης lingvæ in genere (prout nomenclationis mox præ ſe fert genius) *proprietas ſive affectio lingvæ cujusvis, ſecundum qvam cùm ratione vocum ſimplicium tùm conjunctarum primò differt lingva ab aliâ, ſive aliis lingvis: deinde verò & ſecundariò etiam à ſeſe invicem, juxta analogiam ſuam perpetuam & communisſimam.*

Origo iisdem ſua non una eademq; eſt per omnia. Qvod de Sermone enim in genere Qvinctilius Fabius, Rhetor. lib. 1. monet: *Conſtat Sermo ratione, vetuſtate, authoritate, conſvetudine. Rationem præſtat præcipuè analogia*

logia, nonnunqvam & etymologia. Vetera majestas qvadam, & ut sic dicam, religio commendat. Authoritas ab Oratoribus qvibuscunq; probatissimis vel historicis peti solet, &c. qvod lib.IX. idem, cum inqvit: *esset omne schema vitium, si non peteretur, sed accideret: verum authoritate, vetustate, consvetudine plerumq; defenditur; sæpe etiam ratione qvadam, &c.* Qvibus gemina reperire liceat qvoq; apud M. Varronem, *lib. II. de analogia, & lib. IV. de verb. orig.* Qvod, inqvam, ille Qvinctilius de sermone in genere atq; schematismis, idem existimamus etiam rectè pronunciari posse de Idiotismis lingvarum in genere; Constare nempe & hosce identidem ratione suâ nunc qvadam, nunc vetustate, authoritate, nonnunqvam etiam nudâ qvadam consvetudine & solâ ac usu.

Genuit nimirùm alios Necessitas sua fermè qvædam, ac ut significantiùs atq; evidentiùs, qvâ possemus qvidem, loqveremur, omnemq; rei naturam, proprietates, ac deniq;, addo, circumstantias qvin immò ut exprimeremus non rarò qvàm diligentissimè, iidem excogitati sunt.

Alios porrò Venustas, svavitas vel decorum, ejusdemq; studium introduxerunt: fallendo utpote tædio in sermone, vel inter loqvendum, dum excogitarentur introducerenturq iidem. Qvemadmodum identidem in Musicis offendimur unisono, vel nisi sit θέσις καὶ ἄρσις soni jugiter. Ita etiam heic omnino: ita.

Alios porrò atq; insuper Usus, Consvetudo, Vetustas, ac deniq; etiam Auctoritas genuêre introduxeruntq;. Fortè nati fortuna qvidam, casu ac contingenter

geniter, vel per luxum etiam qvendam, extra prægnantem scil. & sibi sufficientem rationem qvandam.

Haud aliter certè ac summatim, velut in Vestium cultu simile qvid accidere & fieri advertimus: qvæ frigoris depellendi causâ primò qvidem repertæ inventæqve, mox posteà etiam adhiberi cœptæ eædem ad ornatum corporis ac dignitatem, tandem ad luxum usq; adhibitæ freqventatæq;. Ita dico: Idiotismos fortè genuit qvoq; primùm necessitas, delectatio jucunditasq; celebravit, consvetudo freqventavit, immò depravavitq;.

Unde non omnium item æqvè certa aut accurata ratio semper reddi potest: vel certè eadem occultior nonnunqvam est. Vid. & conf. si placet (ubi his similia aliaq; plura reperire liceat) Diatriben nostram de divino Nomine ELOHIM, *Qvæst. IV. §.16.17.18.seqq.*

Jam, ad rem. Sunt & Ebræis, Chaldæo, Syro, Arabi, cæterisq; ex Oriente populis, elegantiæ suæ in sermone, & in specie qvoq; IDIOTISMI, sic dicti: mutuò eademqve non qvidem desumpta ab aliis lingvis, qvod de Græcia & Latio non semel magnus ille cæteroqvi literarum ac Latinitatis præsertim stator & vindex in adagiis suis Erasmus confitetur; sed genuina, domestica, propria ac nativa omnia, ac summatim necessitudinis suæ interioris cujusdam qvasi fœdere amico cum lingvis ipsis conjuncta. De qvibus ipsis heic utpote & nunc in decursu Tractationis præsentis pluribus agere animum induximus.

Enimverò jam (vel ex dictis suprà modò) constare hinc facilè poterit, Idiotismos laudatos (Orientis) neq; unius ejusdemq; generis esse, sed benè mul-

 tos:

tos: Omnium scil. Dictionis specierum; juxta item, si non omnia qvidem, pleraqve tamen earundem πάθη seu affectiones spectatarum; ratione qvoq; notationis in specie vel significatus earundem; in statu item & absoluto & rectionis sive constructo, & sic porrò: præterea deficere nonnunqvam in aliqvibus sermonem, nunc excedere & luxuriari, nunc Proteum agere vel vertumnum qvempiam, & sic porrò. Qvæ prehendere satis omnia & singula memoriâ sanè hercle non possis facilè, nisi ordine & succinctâ progrediare methodo.

Nos qvocirca Compendio rem pertractaturi omnem, (ὡς ἐν τύπῳ καὶ συνόψει qvod dicunt) in qvantumq; possibile, melioris doctrinæ, ac præcipuè memoriæ localis, qvam vocant, cujusdam ergò, tentabimus ad *Qvatuor Classes* seu *Sectiones* totidem referre omnia hæc (huc enim facilè possunt eadem) ipsis iisdem vicissim inclusis *Centuria* Positionum [*Canonum sacrorum philologicorumq;*. In qvarum scil. Sectionum primâ adeò agetur de *Pleonasmo* & huc pertinentibus Repetitionibus sive dictionum sive sententiarum integrarum: in alterâ de *Ellipsi* earundem: in tertiâ porrò de *Enallage*. Minus difficultatis nimirum, qvòd ad intellectum, habet repetitio vel Pleonasmus, unde priore loco de hoc: vi contrariorum vel oppositionis seqvitur hunc, meritoq; sic, Ellipsis: succedit hisce Enallage porrò, Vertumnus ille, vel Proteus, ut sic loqvar, Orientis mirabilis notissimusqve. Qvibus omnibus deniq; subjunget sese pro supplemento Classis seu Sectio IV. de Idiotismo in specie & κατ' ἐξοχὴν ferè sic dicto; rationem nimirum habens maximè Varietatis Vocum in significando, nec non

con-

constructionis statu, similibus: qvorsum adeoq; tandem omnia ea atq; reliqva referemns qvoq; referenda, qvæ ad priores tres Clasſes minimè commodùm potuerunt, possunt, qvocunq; eadem veniunt nomine, &c. Nunc, JEHOVA ELOHIM une, trine, maxime, optime juva!

SECTIO I.
De
PLEONASMO.

Canon I.

Omnis geminatio ſeu repetitio ſive alicujus ſaltem literulæ vel ſyllabæ, ſeu vocis integræ, ejusdemq; cùm ſimplicis tùm conjunctarum etiam vel propoſitionum integrarum, ac deniq; ſaltem unius ejusdemq; notationis vel ſenſus, non ſemper vocum earundem, auxeſin plerumqve (certè evidentiam) ac emphaſin qvandam importat. Qvod planum fiet omninò ex ſeqq.

Canon II.

Litera radicalis ſive eſsentialis qvæcunq; repetita ſi non æqvè ſemper auxeſin vel emphaſin qvandam infert, radici tamen ſignificationem aliqvam plerumq; ſu-

peraddit. Repetitur autem prima vel secunda vel tertia radicalis, eædemq; nunc solæ, nunc verò sociæ. Ex gr. Prima: ut: גָּלַל *volvit*, גִּלְגֵּל *devolvit*, גַּלְגַּל *Orbis, rota.* Secunda: ut: זָנָה *scortatus est*, זְנוּנִים *scortationes maxima, Hos.II,2. conf. Gen.XXXVIII. v.24.* Tertia: ut: נָאַף *adulteratus est*, נַאֲפוּפִים *adulteria maxima, Hos. d. loco.* Prima & secunda: ut: יָפָה *pulcher fuit*, יָפְיָפָה (Pual) *valdè fuit pulcher factus, redditus, Psal.XLV,3.* צָפָה *speculatus est*, צְפַצְפָה *speculatio, circumspectio accuratissima, Ezech. XVII,5.* Prima & tertia: ut: כּוּל *continuit*, כִּלְכֵּל *sustentavit, Gen.XLV,11.* חוּל *dolere*, חַלְחָלָה *dolor vehemens, maxumus, cruciatus Nah.II,10.* Tandem Secunda & tertia: ut: אָדֹם *rufus fuit*, אֲדַמְדָּם *subrufus, Lev.*XIII,42. חָמַר *turbidus fuit*, חֳמַרְמַר (Pual) *valdè fuit turbatus; Thr. I,20.* סָחַר *circuivit*, סְחַרְחַר Piel, *(cor meum) circuivit, palpitat, Psalm.* XXXVIII, 11. *&c.* Conf. si placet Cl. Buxtorf. Thesaur. ed. prior. lib.I. cap. 37. pag.m 320. seq. B. D.Glass. Phil.S. lib. III. tr.1. Can.16. pag. m.59. seq.

Canon III.

Litera ה servilis, afformativa generis, לחזק הענין ad roborandam significationem qvandoqve geminatur, accentu suo loco manente. Kimchi Michl. fol.38. col. 4. Glass. suprà alleg. loco, Præcepta Gramm. nostr. ed. pag. 37, 1. Ut: יְשׁוּעָה *salus*, יְשׁוּעָתָה *omnimoda salus, Psalm.*III,3. צָרָה *angustia*, צָרָתָה *maxima angustia, Psalm. CXX. v.1.* נִפְלָא *admirabilis fuit*, נִפְלְאָתָה *longè admirabilis fuit, 2.Sam.I,26.*

Sic

Sic & ה paragogicum: ut: תְּבוֹאתָה *veniat e-nanimi*, *Deuter.* XXXIII,16.

Canon IV.

Vox eadem, vel alia ejusdem notationis, in eodem numero, genere, tempore & casu, evidentiæ ergò & ad roborandam significationem ex usu lingvæ geminatur: nunc simpliciter, nunc interpositâ particulâ qvadam inseparabili aut separatâ. Conf. Kimchi Michl. fol.21.col.1.& fol.24. col.4.Buxtorf. Thes. lib.II. cap.2. &c. Glass. Phil. S. lib.III. tr.1. Can.5.& 16. tr.3. Can.2. & lib.IV. tr.2. Obs.14. Ex.gr.

1. Nomen Substantivum Appellativum, bis vel ter repetitum. Ut: צֶדֶק צֶדֶק *justitiam, justitiam sectaberis, Deuter. XVI,20.* שָׁלוֹם שָׁלוֹם *pacem, pacem custodies, Jes.*XXVI,3. חֶרֶב חֶרֶב *gladius, gladius exacutus est, Ezech.*XXI,9. אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ *terra, terra, terra, Jerem.* XXII,29. עַוָּה עַוָּה עַוָּה *perversitatem, perversitatem, perversitatem ponam regnum illud, Ezech.XXI,27.*

2. Proprium. Ut: *Abraham, Abraham, Gen.*XXII, 11. *Moses, Moses, Exod.*III, 4. *Absalom, Absalom, Absalom, 2. Sam.* XVIII, 33.

3. Adjectivum. Ut: מִן הָאָדֹם הָאָדֹם *de ruffo, ruffo isto*, i.e. admodùm rufo, *Gen.*XXV,30. רַע רַע *malum, malum*, h. e. pessimum, *Proverb* XX,13. Qvorsum etiam referunt qvidam trishagion angelicum: קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ *sanctus, sanctus, sanctus Jehova Zebaoth,*

baoth, Jes.VI,3. q. d. sanctissimus omnino: cæterùm eò mysterium S.S. Trinitatis in unâ Deitate insinuari, describi, alibi demonstratur.

4. Pronomen. Cæterùm vide de hoc Canonem peculiarem, infrà in ordine XIII.

5. Verbum. Ut: שׁוּבִי שׁוּבִי הַשּׁוּלַמִּית שׁוּבִי שׁוּבִי *revertere, revertere Sulamith, revertere, revertere, Cant. VI,12.* אֱכוֹל אָכִיל *comede, comede, Ezech III,1.* הֲתִשְׁפֹּט הֲתִשְׁפֹּט *nonne judicabis, nonne judicabis, fili hominis, cap. XXII,2.*

6. Particula. Ut: מְאֹד מְאֹד *terra bona valde, valde,* i.e. optima, *Numer.XIV,7.* מְעַט מְעַט *parùm, parùm,* i.e. lentim & paulatim *expellam eos, Exod. XXIII,30.* סָבִיב סָבִיב *circum, circum*, h.e. circumqvaq; ab omnibus partibus, *Ezech. XLII,15.*

7. Duo Nomina. Ut; *Templum Domini, templum Domini, templum Domini. Jer.VII,4.*

8. Duo Verba. Ut: *accingite (vos) & conterimini, accingite vos & conterimini, Jes.VIII,9.*

9. Interpositâ particulâ qvadam vel inseparabili vel separatâ etiam: ut in anteà dato immediatè exemplo. Sic: *Deuter.XV,20. 1.Sam.XXIV,12. Esth.VIII,9. Psalm. XCVI,2. &c.*

Nota:

Sic apud Syros: conf. *Matth.IV,24. cap.XXI,41. cap.XXV,11. cap.XXVII,46. &c.*

Canon V.

Repetitio modò descripta non rarò in spe-

in specie distributionem, nec non varietatem & diversitatem qvandam infert. Conf. Buxtorf. suprà cit. l. Glass. Phil.S. lib.III. tr.1. Can. 5. pag.m.19. seq. Ex gr. עֵדֶר עֵדֶר *gregem, gregem seorsim*, i.e. singulos greges, *Gen.* XXXII,16. יוֹם יוֹם *die, die*, i.e. singulis diebus, *cap.* XXXIX,10. מַטֶּה מַטֶּה *virgam, virgam*, h. e. singulas singulorum virgas, *Numer.* XVII,2. אֶבֶן וָאֶבֶן *pondus & pondus*, i.e. diversum, *Deuter.* XXV, 13. אֵיפָה וְאֵיפָה *Ephah & Ephah*, i. e. diversum, *ibid.* v. 14. לֵב וָלֵב *corde & corde*, i. e. duplici corde, *Psal.* XII, 3.

Nota:

Sic apud Chaldæos & Syros: דָּר וְדָר *cum generatione & generatione*, h.e. singulis, vel item distinctis, diversis, *Dan.* III. *v. ult.* בְרוּכָא רוּכָא *in loco, loco*, i. e. singulis *Matth.* XXIV,7. *Marc.* XIII,8. *Luc.* XXI, 11. &c.

Canon VI.

Substantivum plurale in specie repetitum rei multitudinem insignem vel majorem importat. Conf. Buxtorf. suprà cit. l. it: Glass. suprà cit. l. pag.m.18. seq. Ut: בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת *putei, putei bituminis*, h. e. vallis Siddim plurimos habebat puteos bituminis. B.Luth. hatte viel Thon Gruben/ *Gen.* XIV,10. חֳמָרִם חֳמָרִם *acervos, acervos*, i. e. perplurimos colligebant acervos, *Exod.* VIII,14. Sic: *2. Reg.* III, *16. Jerem. II*, *19. Ezech. XI,15. cap. XXXIV, 6. &c.*

Canon VII.

Nominum in Syntaxi convenientiæ positorum prius elegantisſimè repetitur, qvando alterum ab altero dependet. Ex. gr. מִזְבֵּחַ מִזְבֵּחַ גָּדוֹל *altare, altare magnum, Jof. XXII, 10. apprehendite nobis vulpes, vulpes parvas, Cant. II, 15.* אֲבָנִים גְּדֹלוֹת אֲבָנִים יְקָרוֹת *lapides magni, lapides pretiosi, 1. Reg. V, 17. quadraginta dies & 40. noctes, Genes. VII, 4. conf. Jud XII, 9.*

Sic Nomen שָׁנָה *annus* in ſpecie in hac convenientiæ ſtatu eleganter iteratur. Ut: *& fuerunt vitæ Sarah centum* (שָׁנָה) *anni, & viginti* (שָׁנָה) *anni, & ſeptem* (שָׁנָה) *anni, Gen. XXIII, 1.*

Nota:

Sic apud Chaldæos & Syros: Ut: צְלֵם שַׂגִּיא צַלְמָא רַב *imago grandis, imago magna, Dan. II, 31.* אַרְבְּעִין *quadraginta diebus,* וְאַרְבְּעִין *& qvadraginta noctibus, Matth. IV, 2. &c.*

Canon VIII.

Nominum in Syntaxi rectionis poſitorum itē prius ſive regens repetitur, qvando alterum, rectum, ab illo, regente, dependet. Conf. ſi placet, Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap. I. p. 143. Ut: אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם וֵאלֹהֵי הָאָרֶץ *Deus cæli & Deus terræ, Gen XXIV, 3.* כְּלֵי כֶסֶף וּכְלֵי זָהָב *vaſa argenti & vaſa auri, ibid. v. 53. Vide* אֶת שְׁלוֹם אַחֶיךָ וְאֶת שְׁלוֹם הַצֹּאן *pacem* (ſalutem) *fratrum tuorum & pacem* (ſalutem) *gregis, cap. XXXVII, 14.*

Nota:

Nota:

Sic apud Syros: אַרְעָא דְזַבְוּלוֹן אַרְעָא דְנַפְתָּלִי *terra Zabulon, terra Naphtali, Matth.*IV,*15. Ego sum,* אלהא *, Deus Abraham, Deus Ischak, Deus Jaakub, cap.* XXII,*32.* כָּסָא *poculum Domini nostri,* וְכָסָא *& poculum dæmoniorum, 1.Corinth.* X,*21.*

Canon IX.

Nominum in statu constructo positorum regens sive prius sic usitatissimè, nec sine sua emphasi, iteratur, qvando idem articulum sive ה emphaticum aut affixum habet appositum: qvorum tamen alterum, repetitum, abhorret ab articulo aut affixo. Conf. si placet, Præcepta Gr. nostr. ed. lib. II. cap.1. p.138. seq. Ut: הַקֹּל קוֹל יַעֲקֹב וְהַיָּדַיִם יְדֵי עֵשָׂו *hæc vox, vox Jaacobi, & hæ manus, manus Esavi, Genes.* XXVII,*22.* אֶת גְּבִיעִי גְּבִיעַ הַכֶּסֶף *scyphum meum, scyphum argenteum, cap.* XLIV,*2. & ecce* עַרְשׂוֹ *lectus ejus,* ערש *lectus ferreus, Deuter.*III,*11.*

Posterius tamen aliqvando omittitur vicissim, subintelligendum, ut: הָאֹהֱלָה שָׂרָה *in tentorium* (tentorium) *Sara, Gen.*XXIV,*67.* בְּרִיתִי שָׁלוֹם *pactum meum* (pactum) *pacis, Numer.* XXV, *12.* Conf. *Psalm.* XLV. *v.7. &c.*

Nota:

Sic apud Chaldæos & Syros. Ut: מַלְכוּתֵהּ מַלְכוּת עָלַם *regnum ejus, regnum seculi, Dan.*III,*33.* conf. *cap.* VII,*14.*

 ביתי

צְלוֹתָא בֵּית בֵּיתִי *domus mea, domus orationis, Matth.* XXI,13. Sic: *Job.*I,14. *Act.*VI,15. *&c.*

Canon X.

Subſtantivum ſeipſum vel aliud ejusdem notionis (ſynonymum) regens, auxeſin & ſuperlativam locutionem infert. Conf. Buxtorf. Theſ. lib II. cap.3. pag. m.31. ſeq. Glaſſ. Phil. S. lib. III. tr.1. Can.16. pag. m. 56. & Can. 32. pag. 116. ſeqq. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap.1. pag.140. ſeq. Ut: מְלָכִים מֶלֶךְ *rex regum*, i. e. ſummus & potentisſimus, *Ezech.* XXVI,7. עֲבָדִים עֶבֶד *ſervus ſervorum*, h. e. vilisſimus vel abjectisſimus, *Geneſ.* IX,25. הֲבֵל הֲבָלִים *vanitas vanitatum*, h. e. vaniſſima, *Eccleſ.* I,2. שִׁיר הַשִּׁירִים *canticum canticorum*, i. e. excellentisſimum, Luther. das hohe Lied / *Cant.* I,1 רוּחַ זִלְעָפוֹת *ventus procellarum*, h. e. vehementisſimus, *Pſal.* XI,6. טִיט הַיָּוֵן *cœnum luti*, i. e. profundisſimum, *Pſal.* XL,3. חֲרוֹן אַף *excandeſcentia iræ*, h. e. maxima, *Zeph.* II,2.

Aliqvando tamen illa ſignificationis δεινωσις deprehendi ſatis non poteſt: & duo ſynonyma ſe invicem regunt κατὰ πλεονασμὸν & ſolius fere elegantiæ causâ. Ut: מְגִלַּת סֵפֶר *volumen libri*, *Pſ.XL*,8. אַדְמַת עָפָר *terra pulveris*, *Dan.*XII,2. פַּלְגֵי מָיִם *rivuli aqvarum*, *Pſal.*I,3. *&c.*

Nota:

Sic apud Chaldæos & Syros. Ut: מֶלֶךְ מַלְכַיָּא *rex regum*, *Dan.* II,37. אֱלָהּ אֱלָהִין *Deus deorum*, *comm.* 47. חֲסַף טִינָא *cœnum luti*, *verſ.*41. מַלְכָּא דְמַלְכֵא וּמָרָא דְמָרָוָתָא *rex regum & dominus dominorum*, *1.Tim.*VI,15.

Canon XI.

Disparatorum duorum rectorum prius πλεονάζειν videtur aliqvando. Qvalia sunt v. gr. nomina: יָד *manus*, פֶּה *os, oris*, קוֹל *vox*, שֵׁם *nomen*, דָּבָר *verbum*, תָּוֶךְ *medium*, קֶרֶב *medium*, בָּנִים *filii*, יָמִים *dies*, פָּנִים *facies*. Conf. B. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 38. pag. 145. seqq. Ut: *per manum Mosche*, i.e. Mosen, *Exod.* IX,35. *Ore gladii*, h. e. gladio, *Deut.* XIII,15. *Vox cantus*, i.e. cantus, *Psal.* CXVIII,5. *Nomen Dei Jacob*, i.e. Deus Jacob, *Psal. XX,2.* *Verba iniqvitatum*, h.e. iniqvitates, *Psal. LXV, 4.* *in medio* (בְּתוֹךְ) *populi mei*, h.e. populo, *2.Reg.IV,13.* *in medio* (בְּקֶרֶב) *templi*, i.e. templo, *Psal. XLVIII, 10.* *Filii hominum*, h. e. homines, *Psal. XXXVI, 8.* *Dies annorum*, i. e. anni, *Ps. XC,10.* *facies abyssi*, i. e. abyssus, *Gen.* I,2. Exempla plura vid. suprà ab. I.

Nota:

Sic in Chaldaismo & Syriasmo in nonnullis. Testetur experientia.

Canon XII.

Pronominis Demonstrativi repetitio distributionem notat. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 6. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 2. Can. 5. Præcepta Gr. nostr. ed. lib. II. cap. 2. reg. 2. Ut: *clamabat* זֶה אֶל־זֶה *hic ad hunc*, h. e. alter ad alterum, *Jes.* VI,3. אֵלֶּה בָרֶכֶב וְאֵלֶּה בַסּוּסִים *illi in curribus, & illi in eqvis*, i.e. hi & illi, *Psal. XX,8.*

Canon XIII.

In communi Pleonaſmus familiaris admodùm & elegans eſt in Pronominibus cùm integris tùm affixis: & adhibetur לתוספת הביאור h.e. emphaticè & energeticè planè, ſive ad majorem declarationem & tollendam omnem ambiguitatem. Conf. ex parte Cl. Buxtorf. Theſ. lib.II. cap.8. Glaſſ. Phil. S. lib.III. tr.2. Can.25. & 26. Præcepta Gr. noſtr. ed. (omninò) lib.II, cap.2. pag.168 ſeqq. Is idemq; quincu-plex eſt:

1. Pleonaſmus Integri cum integro. Ut: אָנֹכִי אָנֹכִי *ego, ego, Jeſ.XLIII,24.* אֲנִי אֲנִי *ego, ego, F[illegible],4.* אֲנִי אָנָה אֲנִי בָא *ego quò ego venio, Gen.XXXVII,30.* הִיא גַם הִוא *ipſa etiam ipſa*, q.d. ipſiſſima *Sara, cap.XX,5.*

2. Integri & affixi, & viciſſim. Ut: אָנֹכִי בַּדֶּרֶךְ נָחַנִי *me, hac viâ duxit me, Gen.XXIV,27.* בָּרְכֵנִי גַם אָנִי *benedic mihi, etiam mihi, cap.XXVII,35.* יְהוּדָה אַתָּה יוֹדוּךָ *Juda te, laudabunt te, cap.XLIX,8.* אֶת דָּמְךָ גַּם אַתָּה *ſangvinem tuum, etiam tuum, 1.Reg.XXI, v.19.* אָבַד זִכְרָם הֵמָּה *periit memoria eorum, eorum* (inqvam) *Pſ.IX,7.* Nota: Cum אֲשֶׁר relativo, *qui, quæ, quod*, hic pleonaſmus fere perpetuus eſt. Ut: *omnem arborem* אֲשֶׁר בּוֹ *qua in quâ* vel *eâ fructus ejus, Geneſ.I,29. ſicut gluma,* אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ *quam diſpellit eam ventus, Pſ.I,4.*

3. Affixi & affixi ejusdem. Ut: זְבָדַנִי *donavit me Deus,*

[illegible] Deus, אתי *me* (inqvam) *donatione bonâ, Gen. XXX, 20.* *[illegible]* אתו *eum, hoc ipso die invenietis* (inqvam) אתו *eum, 1. Sam. IX, 13.*

4. Affixi, qvod Vocem, ad qvam refertur, præcedit. Ut: וַתִּרְאֵהוּ *& vidit ipsum, puerulum, Exod. II, 6.* נפשו *anima ipsius, pigri, Prov. XIII, 4.* *Nota:* Cum affixo pleonastico elegantissimè etiam iteratur particula inseparabilis aut separata illa, qvæ Voci præmittitur. V. gr. ב, ל, את, עַל. Exempla vid. in Præceptis Gr. nostr. ed. pag 169.

5. Affixi, qvod Vocem, ad qvam refertur, seqvitur. Ut: *omnem hanc terram tibi* אֶת־כָּל *dabo eam, Gen. XIII, 15. sapientis* עֵינָיו *oculi ejus in capite, Eccles. II, 14.* Huc refer illa qvoq; atq; his similia: פרא בודד לו *onager solitarius sibi, Hos. VIII, 9.* לֶךְ־לְךָ *ito tibi, Gen. XII, 1.* Conf. *[illegible] II, 15. Gen XXII, 5.* Nota: Et cum hoc affixo pleonastico iteratur particula illa, qvæ Voci præmittitur. V. gr. מ, את. Exempla vid. in Præceptis Gr. nostr. ed. pag. 170.

Nota:

Sic etiam apud Chaldæos, Syros, & ex parte Arabes. Ex. causâ:

(1.) Pleonasmus Integri & affixi: Chald. אַנְתְּה [illegible] *tua rex, cogitationes tuæ, Dan. II, 29.* Syr. [illegible] פָּתוּרֵה דְּהוּ מִן *de mensa ipsius, ipsius divitis, Luc. XVI, 21.* Arabs: בִּה אַלַּתִי *qvo, in qvo velco,* אַלַּתִי [illegible] *[illegible] velco &c.*

(2.) Affixi & affixi ejusd. Cæterum heic Syri affixum pleonasticum cum Nominibus qvidem sæpè particulæ [illegible] cum Verbis v. literæ ܠ apponunt. ut:

אֲבוּן.

דִּילָן אֲבוּן *pater noster, noster inqvam Joh.* VIII, 39. לָן
זַבְּנַן מְשִׁיחָא *nos, Christus redemit nos Gal.* III, 13.

(3.) Affixi, qvod Vocem, ad qvam refertur, præcedit. Chald שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא *nomen ipsius Dei, Dan.* II, 20. conf. *cap.* III, 26. Syr. מַלְאַכֵה דְּמָרְיָא *angelus ipsius Domini, Matth. I, 24.* דַּבְרָהּ לְאַנְתְּתֵהּ *accepit ipsam uxorem suam, Ibid.* בָּתְרֵהּ דְּיֵשׁוּע *post ipsum Jesum, cap. XXVII, 53.* Nota: Cum affixo pleonastico usitatissimè iteratur etiam hic particula inseparabilis vel separata, qvæ Voci præmittitur, V.gr. בּ, לְ, מִן, עַל, עַם. Ut: בֵּהּ בְּדָנִיֵּאל *in ipso, in Daniele, Dan. V, 12.* בֵּהּ בְּלֵילְיָא *in ea, in nocte, ibid. v. 30.* Syrus: בֵּהּ בְּיֵשׁוּע *in ipsum, in Jesum, Joh. VII, 5.* שְׁרִי אַנְתְּ לֵהּ לְעַבְדָּךְ *dimitte tu ipsum, servum tuum, Luc. II, 29.* וְאַיְתִי מֵנֵהּ מִן כַּסְפָּא *& attulit ex ipso, ex argento, Act. V, 2.* עֲלַוְהי עַל טַלְיָא *de illo, de puero, Luc. II, 17.* עַמְּהוֹן יֵשׁוּע עַם תַּלְמִידַוְהי *cum ipsis, Jesu cum discipulis suis, Joh. VI, 22.*

(4.) Affixi, qvod Vocem, ad qvam refertur, seqvitur. Chald בַּיְתָה דְנָה סַתְרֵהּ *domum hanc, destruxit eam, Esdr. V, 12.* Syrus: כְּנַשָּׁא דְנָא כֻּלֵּה *turbam hanc, omnem istam, Matt. XV, 33.* לְאַבְרָהָם כַּד מַלֵּךְ לֵהּ אַלָהָא *Abrahamo, promisit ei DEUS, Ebr. VI, 13.* Huc refer: קְרֵבַת לַהּ *appropinqvat sibi regnum cœlorum, Matth. III, v. 2.*

Canon XIV.

Verba, maximè intransitiva, nomen conjugatum sive verbale suum, vel iterum aliud ejusdem notionis aut cognatum regunt

gunt auxeſeos cujusdam & vehementiæ majoris ergò. Conf. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 32. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap. 3. pag. 176. ſeq. Ut: וַיֶּחֱרַד חֲרָדָה *contremuit* (Iſaac) *tremore magno valdè, Gen.* XXVII, *33.* וַיִּצְעַק צְעָקָה *clamavit* (Eſau) *clamore magno valde, verſ. ſeq.* הִקְשִׁיב קֶשֶׁב רַב־קָשֶׁב *attendit attentione, multa attentione*, i.e. attendit valdè attentè, attentisſimis, *Jeſ.* XXI, *7.*

Nota:

Sic apud Syros: דְּחֶלוּ דֶּחְלְתָא *timuerunt timore magno, Luc.* II, *9.* רְגִגְתָּא רַגְּגֵת *deſiderio deſideravi, cap.* XXII, *15.*

Canon XV.

Tempus Infinitum Verbo ſuo aut alii ejusdem notionis, ex eadem vel diversâ Conjugatione apponitur, certitudinis majoris & augendæ ſignificationis cauſa. Conf. Cl. Buxtorf. theſ. lib. II. cap. 16. reg. 2. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 37. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap. 3. pag. 179. ſeqq.

Et ſi Infinitum præcedit, illa geminatio ſive repetitio rei vehementiam & actionis intentionem & celeritatem fere notat: qvod ſi verò ſeqvitur, actionis continuationem & freqventationem infert. Conf. Kimchi Michl. fol. 11. col. 2.

1. Infinitum præcedit. v. gr. (1) In locutione affirmativâ: אָכֹל תֹּאכֵל *comedendo comedes*, h.e. omninò

& liberè, *Gen. II, 16.* תָּמוּת מוֹת *moriendo morieris*, i. e. certò, omninò morieris, *verſ. 17.* (2.) In locutione negativâ. Ut: לֹא מוֹת תְּמֻתוּן *non moriendo moriemini*, i. e. planè non, minimè moriemini, *Gen. III, 4.* הַצֵּל לֹא הִצַּלְתָּ *liberando non liberaſti populum tuum*, h. e. nullo modo, *Exod. V, ult.*

2. Infinitum ſeqvitur. Ut: יִשְׁפֹּט שָׁפוֹט *judicabit judicando*, i. e. maximè & indeſinenter, *Geneſ. XIX, 9.* וַיֹּאכַל גַּם אָכוֹל *comedit etiam comedendo*, h. e. omninò & indeſinenter comedit, *cap. XXXI, 15.*

Notæ:

Sic apud Syros nec non Arabes. Conf. Chald. & Syriaſm. noſtr. lib. II. cap. 3. reg. 2. ann. 1. Arabiſm. Ibid. lib. II. reg. 3. ann. 2. Syr: מְפַקָּד פַּקֶּד לֵה *præcipiendo præcepit ei*, i. e. omninò, *Job. XIII, 29.* מְבָרָכוּ אֲבָרְכָךְ *benedicendo benedicam tibi*, h. e certò & copioſiſſimè, *Ebr. VI, 14.* Arab: צַרְבַּ צַרְבַן *verberando verberavit*, h. e. vehementer & crebrò, &c.

Canon XVI.

Verbum Subſtantivum היה in ſpecie πλεονάζειν videtur non rarò Ut: וְהָיָה הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא יִשְׁמַע *& fuit* vel *erit, vir qvi non obedierit*, *Deuter. XVIII, 19.* וַיְהִי *& fuit, ſicut interpretatus eſt nobis, ſic evenit*, *Geneſ. XLI, 13.* Sic *Eſther. I, 1.* alibi ſæpè.

Canon XVII.

Particulæ tàm ſeparabiles, qvàm inſeparabiles, cum qvibuscunq; dictionum ſpeciebus, in ſtatu & convenientiæ nec

non

non rectionis, &c. (unde multò freqventissimus hic est pleonasmus) ex indole lingvæ sæpissimè abundant, non sine elegantiâ tamen suâ qvadam, ac non rarò emphasi singulari. V.gr.

1. Separabiles. Ut: אֶל/אֵת/כִּי/בֵּן/עַל/עִם &c. Exempla vid. in Præceptis Gramm. nostr. ed. passim, præsertim v. lib. II. cap. 4. annotat. gen. pag. 192. seq.

2. Inseparabiles. v.gr. ב, ו, כ, ל, מ &c. Exempla vid. Ibid. imprimis etiam in Appendice de lit: משה וכלב pag. 196. seqq.

Nota:

Sic etiam apud Chaldæos, Syros, Arabes. Testetur experientia, rerum omnium magistra. Conf. item, si placet, Chaldaismum, Syriasmum & Arabismum nostr. lib. II. cap. 4.

Canon XVIII.

Adverbia duo Synonyma in specie juxta se posita vel conjuncta auxesin & emphasin majorem notant. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 19. sub fin. Glass. Phil. S. lib III. tr. 5. Can. 2. pag. 433. Præcepta Gr. nostr. ed. lib II. cap. 4. pag. 193. Ut: המבלי אין *an qvod non non* h. e. neqvaqvam; nulla prorsus *sepulchra in Ægypto? Exod. XIV, 11.* הֲרַק אַךְ בְּמשֶׁה *an solum tantummodò per Mosen,* q. dicas: unicè per Mosen illum *loqvitur Deus? Num. XII, 2.*

Canon XIX.

Adverbii Loci (in ſpecie) repetitione diverſitas loci indigitatur. Conf. Buxt. Theſ. lib. II. cap. 19. ſub fin. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 5. Can. 4. Ut: *& reſpexit* כֹּה וָכֹה *huc & huc*, *Exod. II, 12.* אַחַת הֵנָּה וְאַחַת הֵנָּה *ſemel huc & ſemel huc*, h.e. modò huc, modò illuc, *2. Reg. IV, 35.*

Canon XX.

In communi vicisſim dictio (Nomen vel Verbum) aut phraſis integra etiam, in principio verſus ſ. commatis poſita, in narratione prolixiori eleganter & majoris evidentiæ causâ in fine repetitur, Ut: וַיַּעַשׂ *& fecit Noach juxta omnia, quæ præcepit ei Deus*, כֵּן עָשָׂה *ſic fecit, Gen. VI, ult.* וַיִּהְיוּ חַיֵּי שָׂרָה *& fuerunt vitæ Sarah centum anni, & viginti anni, & ſeptem anni* שְׁנֵי חַיֵּי שָׂרָה *anni vitæ Sarah, cap. XXIII, 1.* Sic: וַיַּעֲשׂוּ כֵן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *& fecerunt ſic filii Iſrael, & emiſerunt eos, (*leprolos*) extra caſtra, quemadmodum præceperat Dominus ad Moſen,* כֵּן עָשׂוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *ſic fecerunt filii Iſrael, Num. V, 4.*

Nota:

Sic apud Chaldæos: מַלְכָּא אֲבוּךְ *rex, pater tuus principem genethliacorum, ſophorum, Chaldæorum, divinatorum conſtituit eum* (Danielem) אֲבוּךְ מַלְכָּא *pater tuus, rex, Dan. V, 11.*

Canon

Canon XXI.

Repetitio per plures voces ſeriatim nonnunqvam continuatur, emphaticè & energeticè planè. Ut: שׁוּבִי שׁוּבִי הַשּׁוּלַמִּית שׁוּבִי שׁוּבִי *revertere, revertere Sulamith, revertere, revertere, Cant. VI,12.* וְהִקְשִׁיב קֶשֶׁב רַב קָשֶׁב *attendit attentione, multâ attentione, Jeſ. XXI,7.* רָזִי לִי רָזִי לִי אוֹי לִי בֹּגְדִים בָּגָדוּ וּבֶגֶד בּוֹגְדִים בָּגָדוּ *ſecretum meum mihi ſecretum meum mihi, væ mihi, prævaricantes prævaricati ſunt & prævaricatione prævaricantes prævaricati ſunt, cap. XXIV, 16.* Conf. *cap. XXIX, 14.*

Canon XXII.

Non rarò integra ſententia vel propoſitio repetitur, nunc qvoad verba ejus ſingula, nunc qvoad ſenſum ſaltem. Ut: וְהִנֵּה חָצֵר בְּמִקְצֹעַ הֶחָצֵר חָצֵר בְּמִקְצֹעַ הֶחָצֵר *& ecce, atrium in angulo ipſius atrii, atrium in angulo ipſius atrii,* h. e. atrium in unoqvoq; angulo ipſius atrii, *Ezech. XLVI,21.* הַחֹדֶשׁ הַזֶּה לָכֶם רֹאשׁ חֳדָשִׁים רִאשׁוֹן הוּא לָכֶם לְחָדְשֵׁי הַשָּׁנָה *Menſis iſte vobis caput erit menſium, primus ipſe ſit vobis inter menſes anni, Exod. XII,2.* Sic: *Levit. XVIII,7.8.9.10. ſeqq.*

Canon XXIII.

Qvod affirmatur repetitione contrarii vel negatione contrariâ illuſtratur ſæpè & eleganter. V. gr. וַתְּהִי שָׂרַי עֲקָרָה אֵין לָהּ וָלָד

 fuit

fuit Sarah sterilis, non fuit eidem filius, Gen. XI, 30. בְּתוּלָה וְאִישׁ לֹא יְדָעָהּ *Virgo, & vir non cognovit eam, cap. XXIV. 16.* וְנִחְיֶה וְלֹא נָמוּת *& vivamus & non moriamur, cap. XLII, 2.*

Nota:

Sic apud Syros: וְאִידִי וְלָא כְפַר *& confessus est, & non negavit, Job. I, 20. &c.*

SECTIO II.

De

ELLIPSI.

Canon XXIV.

Dictio aliqva ex usu lingvæ omittitur nonnunqvam: qvæ commodùm subintelligenda לפי הענין juxta sensum, aut ex appositâ voce. Kimchi in Michl. fol. XVII. seq. Conf. Cl. Glass. Phil. S. lib. IV. tr. 2. ab init. Qvod planum item fiet ex seqventibus.

Canon XXV.

Nomen, & qvidem Substantivum omittitur, qvod vel ex Adjectivo expresso, vel certè ex contextu commodè supplendũ. Conf. Cl. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 2. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 12. Ut: *Da mihi* מִן הָאָדֹם הָאָדֹם הַזֶּה *de rufo rufo isto*, scil. edulio, *Gen. XXV, 30. & ipse accu-*
ctus

Illa erat חֲדָשָׁה *novo*, scil. gladio, Luth. und hatte neue Waffen / *1.Sam. XXI, 16.* Sic: *Dentes tui sicut grex* הַקְּצוּבוֹת *præcisarum*, *tonsarum* scil. ovium s. pecudum, *Cant. IV, 2.* &c. Nota: Qvæ Ellipsis freqvens est satis cum Adjectivis absolutè & neutraliter positis: item, in nominibus temporis. Ut: אַחַת *Unum petii à Domino*, scil. rem seu petitionem unam præ cæteris, *Ps. XXVII, 4.* בָּעֲשִׂירִי *in decimo* (scil. mense) בְּאֶחָד *in primâ* (scil. die) *mensis*, *Gen. VIII. 5.* qvæ ellipsis completur *2.Reg. XXV, 1.* & *Esr. X, 16.*

Nota:

Sic apud Syros. Ut: *Qvisqvis potum dederit uni ex his pusillis* כָּסָא דְקָרִירָא *poculum frigidarum* s. aqvarum, *Matth. X, 42.* Conf. *cap. XI, 8. Luc. XII, 47.* & c.

Canon XXVI.

Vicissim nomen Adjectivum sæpè omittitur, qvod ex Substantivo expresso dijudicandum. Conf. Buxt. Thes. lib. II. cap. 2. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 11. Ut: *Abraham & Sarah senes venientes* בַּיָּמִים *in dies* scil. רַבִּים multos, *Gen. XVIII, 11.* *rex Israel & Juda sedebant qvisq. induti* בְּגָדִים *vestibus*, scil. מַלְכוּת regiis, vel חֲמוּדוֹת pretiosissimis, *1. Reg. XXII, 10.* *Inveniens* אִשָּׁה *Uxorem* scil. טוֹבָה bonam, *invenit* טוֹב *bonum*, scil. כַּתָּן donum, *Proverb.* XVIII, 22. conf. omninò mox *cap.* XIX, *14.* nam qvi malam invenit, malitiam malitiæ invenit, addit Cl. Buxtorf. thes. lib. II. cap 2. pag. m. 15. Nota item, inqvit Mercerus: *Sæpè in hac lingvâ simpliciter dicta sumuntur pro eximiis*: ut in præcedentibus exemplis videre est.

Canon XXVII.

Subſtantivum non rarò omittitur, qvod pronomina זֶה & אֲשֶׁר (incluſum ſc. ſive implicitum iisdem) antecedit: commodè adeò hinc dijudicandum & ſupplendum. Qvæ Ellipſis crebra præſertim occurrit, cum de Loco ſermo eſt. Conf. ex parte Buxt. Theſ. lib.II. cap.8. Glaſſ. Phil.S lib.III, tr.2. Can,21. Ut: *& præcepit* אֶת־אֲשֶׁר ſcil. הָעֶבֶד ſervo, *qvi præerat domui ſuæ*, *Gen*.XLIV,*1*. conf. omninò *cap*.*L*,*2*. *& bibes* מֵאֲשֶׁר ſcil. מִמַּיִם ex vel de aqvis, *qvas hauſerint pueri*, *Ruth*. II,9. Sic: *& dixerunt*: *non fuit* בָּזֹה *in hoc* (ſc. loco) *ſcortum*, *Gen*.XXXVIII,*21* *poſtea dimittet vos* מִזֶּה *ex hoc* (ſc. loco) *Exod*.XI,1. qvæ integrè extant *Jer*.XXIV,5 Sic: אֶל־אֲשֶׁר *ad qvemcunq;* (ſcil. locum) *iveris*, *Ruth*.1,16. *&c*.

Nota: Nonnunqvam Nomen Subſtantivum & pronomen relativum ipſum ſimul & ſemel omittuntur, utraq; dijudicanda & ſupplenda ex contextu. Conf. ex parte Glaſſ. Phil.S. lib.III, tr.2, Can.23. Ut: *Labium* (ſcil. populi, qvod) *non novi, audiebam*, *Pſal*.LXXXI,*6*. *& poſt* (ſcil. idola, qvæ) *non proſunt ambulaverunt*, *Jer*.II,8. Sic: *& deportabitis arcam Domini ad* (ſcil. locum, qvem) *paravi ei*, *1*.*Paralip*.XV,*12*. Integrè extat *comm*.*3*.

Canon XXVIII.

Subſtantivum Verbale, in ſpecie, non rarò omittitur: ſive: Verbo incluſum

verbale suum sive nomen conjugatũ latet. Conf. Præcepta Gr. nostr. ed. lib. II. cap 3. pag. 177. & cap. 4. pag. 184. Ut: *& Dominus* הִמְטִיר *pluit super Sodomam & Gomorram* (מָטָר *pluviam* subintellige) *sulphurem*, *Gen. XIX, 24. non possum ego solus* לָשֵׂאת *ferre*, (מַשָּׂא *oneris* nimir. subintell.) *populi hujus*, *Numer. XI, v. 14.* conf. omninò vers. 17. ubi suppletur hæc ellipsis. אִם־יוֹלִיד אִישׁ מֵאָה *si genuerit homo centum* (scil. יְלָדִים *natos* subintell.) *Eccles. VI, 3.* Sic: שַׁלֵּם יְשַׁלֵּם *omninò solvat*, *& si non ei* (scil. שִׁלּוּם *solutio* subintellige) *vendetur*, *Exod. XXII, 3.* Qvo pertinet & locus classicus hic: יִכָּרֵת *excindetur Messias*, *& non ei* (nimir. *erit* כָּרֵת *excisio*) h. e. resurget, *Dan. IX, 26.* conf. omninò Jes. LIII, 8. *generationem enim ejus qvis enarrabit?* d. l.

Canon XXIX.

In impersonalibus locutionibus non rarò etiam occurrit ellipsis nominis vel pronominis. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 10. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 23. Præcepta Gr. nostr. ed. lib. II. cap. 3. pag. 174. Vt: יְבַקְשׁוּ *qværant* (scil. ministri, vel qvicunq; alii) h. e. qværantur *regi puellæ*, B. Luth. man suche dem Könige / *Esth. II, 2.* וַיִּקְרָא שְׁמוֹ *& vocabit* (scil. qvisq; fidelium) *nomen ejus*, h. e. vocabitur, Luth. und Er heist / *Jes. IX, 6.* Conf. omnino *Jer. XXIII, 6.* Sic alibi sæpè.

Canon XXX.

In statu regiminis Nominis regentis

five prioris nunc, nunc posterioris s. recti ellipsis crebrò occurrit. Conf. ex parte Cl. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 4. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 2. Can. 39.

1. Prioris seu regentis. Ut: וְאֶת רַעֲבוֹן *famem domorum vestrarum*, i.e. annonam famis, *accipite & abite*, *Gen. XLII. v. 33.* qvæ ellipsis supplêtur in præced. comm. 19. *& mensus est sex* שְׂעֹרִים *bordea*, h. e. mensuras hordeorum, *Ruth. III, 15. comedite qvisq;* גַפְנוֹ וּתְאֵנָתוֹ *vitem suam & ficum suam*, h.e. fructum vitis & ficus suæ, *2. Reg. XVIII 31. & induit se Esther* מַלְכוּת *regno*, i.e. vestimento regio, *Esth. V, 1. solium tuum, ô Deus*, (כִּסֵּא solium) *seculi*, *Psal. XLV, 7.*

Nota: In specie Ellipsis crebra est Vocum: אִישׁ *Vir*, Vid. *Ruth. III, 2. Dan. IX, 23.* alibi. בַּיִת *domus*, *Mich. IV, 2.* conf. *v. 1.* יוֹם *dies*, *Jes. XLVII, 11.* לֶחֶם *panis*, *cibus*, *Numer. IV, 7.* conf. *Exod. XXV, 30* מַיִם *aqva*, *Proverb. V, 16.* קוֹל *Vox*, *Jerem. XXX, 19.* פְּרִי *fructus*, *Gen. II, 16. &c.*

II. Posterioris s. recti; qvæ rarior tamen est, Ut: *afflicta* וּשְׁכֻרַת *& ebria* (scil. afflictionibus vel malis) *& non ex vino*, *Jes. LI, 21.* Qvò referunt etiam qvidam locum, *Jes. XIV, 6. & Psal. LXXIV, 19.*

Canon XXXI.

In specie Nomina אַף *Ira* nonnunqvam: & אֶחָד vel אַחַת *Unus*, *una* crebrò subintelligenda sunt, eorundemq; ellipsis est, in statu & convenientiæ constructoq;, in specie

cie ſic dicto. Conf. ex parte Buxtorf. Theſ. lib. II. cap. 4. Glaſſ. Phil. S. lib. III. tr 1. Can. 27. Ut: וַיִּחַר *& exarſit* (ſcil. אַף *ira*) *Cain valdè*, *Gen. IV, 6.* integrè extat *cap. XXX, 2. & non ſervabis in filios populi tui*, ſcil. אַף *iram*, *Lev. XIX, 18.* (Arias huc refert exempl. *2. Sam. XIII, ult.*) ſic: *nunqvid ſervabit in ſeculum* (ſc: אַף *iram?*) *nunqvid ſervabit* (ſcil. אַף *iram*) *in æternum? Jer. III, 5.* Sic τὸ אֶחָד vel אַחַת *Unus, a: In evertendo urbes, in qvibus habitabat Loth*, h. e. in qvarum una, *Gen. XIX, 29. ſepultus eſt in urbibus Gilead*, h. e. in unâ aliqvâ earundem, *Jud.* XII, *7. deſcendit Jonas ad latera navis*, i. e. ad unum ex lateribus, *Jon. I, 5. & ſuper pullum, natum aſinarum*, i. e. unum ex aſinabus, *Zach. IX, 9.*

Nota:

Sic apud Syros: *ſimiliter & latrones, qvi crucifixi erant cum eo, exprobraverunt ei: Matth. XXVII, 44.* ſcil. חַד *unus* ex illis: qvemadmodum exponitur *Luc.* XXIII, 39. Sic: *Marc. I, 2. Job. VI, 45. Actor.* XIII, 40. *&c.*

Canon XXXII.

Ellipſis Pronominum ſatis crebra qvoqve eſt. Conf. ſuprà Can XXIX. & infrà paulò, Can. XXXIV. Sic ex parte Glaſſ. Ph. S. lib. III. tr. 1. Can. 21. 22. 23. Et qvidem:

I. Demonſtrativi (in qvantum videtur.) Ut: *& præcepit* אֶת־אֲשֶׁר (ſcil. huic vel illi, ſervo) *qvi præerat domui ſuæ, Gen. XLIV, 1. & 4. & bibas* מֵאֲשֶׁר (ſcil. ex vel de his aqvis) *quas hauſerint pueri, Ruth.* II, *9.* Conf. omninò ſuprà Can. XXVII.

II. Relativi ש vel אֲשֶׁר: Ut: *& omne* (scil. qvod) *erat sibi, tradidit in manū Josephi, Gen.* XXXIX, *4.* integrè extat *vers. seq. 5. & sacrificaverunt Domino die illâ de prædâ* (scil. qvam) *adduxerant, 2. Paral. XV, 11. & volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus pruna, forcipe* (sc. qvam) *tulerat de altari, Jes. VI, 6.*

III. Demonstrativi & relativi simul: Ut: *mitte qvæso per manum* (scil. illius, qvem) *missurus es, Exod.* IV, *13. contrà* (scil. eum, qvi) *tendit arcum suum, & contrà* (eum, qvi) *extollit se lorica suâ, Jerem. LI, 3.*

Canon XXXIII.

Verbum item qvodvis omittitur nonnunqvam: qvod commodè ex contextu dijudicandum & supplendum venit. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 56. & lib. IV. tr. 2. Obser. 2. & 9. Ex. gr.

I. Finitum. Ut: *filius sapiens informationem patris sui*, scil. accipit vel audit, *Proverb.* XIII, 1. *Oculi mei semper ad Dominum*, scil. respiciunt, *Psal. XXV, 15. Ego pacem*, scil. diligo, colo, sector: *ipsi ad bellum*, sc. conclamant, prorumpunt, *Psal. CXX, ult.* Huc refer fortè: מִי לַיהוָה אֵלָי *qvis ad me, Jehovam*, scil. יָבוֹא *veniet?* Luther: her zu mir/wer den HErrn angehöret/ *Exod.* XXXII, *26.*

II. Infinitum. Ut: *non possum* (sc. נְשׂא vel לָשֵׂאת ferre) *iniqvitatem & festivitatem, Jes.* I, *13.* integrè extat *Jerem.* XLIV, *22. elatum oculis & vastum corde hunc non possum*, scil. ferre, *Psal.* CI, *5.*

III. Par-

III. Participium. Ut: *& accepit asinum* (scil. ferentem) *panem*: Arias: *asinum panis*, Luther: einen Esel mit Brot/ *1.Sam.* XVI, *20.*

Nota:

Sic apud Syros fere: *nam qvod impossibile erat legi ob infirmitatem carnis* (subintellige: *præstitit, effecit*) *misitq; Deus filium suum &c. Rom.* VIII, 3. *non enim adhuc poteratis,* (scil. ferre, vel escâ frui) *sed nec nunc etiam potestis,* scil. ferre aut escâ frui, *1.Corinth.* III, 2.

Canon XXXIV.

In specie Verbum conjugatum (unâ qvidem cum Pronomine אֲשֶׁר) non rarò omittitur: sive Verba nominibus suis (verbalibus) inclusa latent. Conf. ex parte Bimr. Thes. lib. II. cap. 3. reg. 3. Glass. Phil. S. lib. IV. tr. 2. Obser. 5. Præcepta Gr. nostr. ed. (omninò) lib. II. cap. 8 pag. 177. seq. Ut: בְּחֶמְלַת *propter clementiam*, (scil. אֲשֶׁר חָמַל sic loqvendo, *qvâ clementiâ usus est*) *erga eum*, *Gen.* XIX, *16.* בְּאַהֲבָתוֹ *ob amorem ejus* (scil. אֲשֶׁר אָהַב sic loqvendo, *qvo amavit*) *eam*, *cap.* XXIX, *20.* בְּשִׂנְאַת *propter odium Domini*, (sc. אֲשֶׁר שָׂנֵא qvo odit) *nos Deuter.* I, 27. כְּמַהְפֵּכַת *secundùm subversionem Dei*, (scil. אֲשֶׁר הָפַךְ qvâ subvertit) *Sodomam*, *Jes.* XIII, *19.* Integrè extat phrasis hæc *Deuter.* XXIX, *23.*

Canon XXXV.

Verbi Substantivi ellipsis freqventissima est & communissima: non citra tamen

elegantiam ſuam ſingularem. Præſentis verò temporis ferme perpetua. Conf Bux. Theſ. lib. II. cap. 10. 14. & 18. Glaſſ. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 56. pag. 403. & tr. 2. Can. 7. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap. 3. pag. 174. item: cap. 2. pag. 147. cap. 1. p. 134. Ut: *&* *tenebræ* (erant) *in facie abyſſi*, *Gen. I, 2.* *&* *vidit mulier*, *qvod bona* (esſet) *arbor*, *cap.* III, *6.* *major* (eſt) *iniqvitas mea*, *cap.* IV, *13.* *hic* (eſt) *liber generationum*, *cap. V, 1.* *iſtæ* (ſunt) *generationes Noa*, *cap. V, 9.* *Ego* (ſum) *primus*, *&* *ego* (ſum) *noviſſimus*, *Jeſ. XLIV, 6.* *&c.*

Canon XXXVI.

Particulæ tam ſeparabiles qvàm inſeparabiles (maximè tamen hæ) freqventer ſanè omittuntur. Conf. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap. 4. pag. 193. ſeq. V. gr.

I. Separabiles. Ut: אֲשֶׁר/כִּי/אִם (conjunctionaliter ſumptum) &c. Exempla vide ex parte, loco modò alleg.

II. Inſeparabiles, omnes in univerſum ſeptem: משה וכלב. Exempla vide omninò ibid. & in Appendice peculiari de his literis ſeptem, pag. 196. ſeqq.

Nota:

Sic in cæteris LL. Orientalibus. Teſtetur experientia.

Canon XXXVII.

In ſpecie Particulæ negandi non rarò omittuntur. ſive: Negatio ex priore mem-

bro

bro repetenda eſt. Kimchi in Michl. fol.17. col. 4. Conf. Glaſſ. Ph S. lib. IV. tr. 2. Obſ. 10. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap. 4. pag. 185. ſeq. Ut: *Vivat Ruben,* יְחִי *& non moriatur, &* (ſcil. *non*) *ſit hominibus ejus numerus, Deuter.* XXXIII, *6.* B Lutherus in ſenſu contrario: ſein Pöbel ſey gering. *qvia non obliviſcetur æternùm egeni, & expectatio pauperum* (ſc. *non*) *peribit in æternum,* Pſal. IX, 19. *non didici ſapientiam, & ſcientiam ſanctorum* (non) *cognovi, Proverb.* XXX, *3.*

Canon XXXVIII.

Particula לְבַדּוֹ *ſolùm, tantùm* in ſpecie in locutione negativâ ſæpiuſculè omittitur qvoq;. Kimchi in Michl. fol. 17. col. 4. Conf. ex parte Glaſſ. Phil. S. lib. III. tr. 5. Can. 22. Præcepta Gr. noſtr. ed. (omninò) lib. II. cap. 4. pag. 186. Ut: *non* (tantùm) *Jacob vocabitur nomen tuum, ſed &c. Geneſ. XXXII 27. non* (tantùm) *contra nos murmurationes veſtræ, ſed &c. Exod.* XVI, *18.* Sic: *ſcindite cor veſtrum & non* (ſolùm) *veſtimenta veſtra, Joel.* II, *13.* Ex qvo lucem accipit item locus *Hoſeæ* VI, *6. qvia beneficentiam volo & non* (ſcil. *ſolùm*) *ſacrificium* (conf. *Pſal. L, 8.*) & imprimis qvoqve Jeremiæ VII, 22. vide illum omninò, & conf. Formul. Concord. in Apologiâ Conf. Aug. art. de miſſ. ſ. ſacrificiis, pag. m. 256. ſeq.

SECTIO

SECTIO III.

De

ENALLAGE.

Canon XXXIX.

Omnium freqventisſima eſt Enallage in lingvis Orientalibus: maximè Ebræâ, matre reliqvarum. Qvod item planum fiet omninò ex ſeqventibus.

Canon XL.

Abſtractum pro Concreto, ſive Subſtantivum pro Adjectivo (etiam in regimine) & vicisſim ponuntur: non raro haud ſine ſuâ emphaſi inſigni & energiâ qvadam. Conf. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 7. nec non 2.

I. Abſtractum pro Concreto. Ut: *& vidit mulier, qvod bona arbor, & qvod* תַאֲוָה *deſiderium ipſa in oculis*, h. e. deſiderabilis valde, *Geneſ.* III, v. 6. *& eſto* בְּרָכָה *benedictio*, i. e. benedictus maximè, *cap.* XII, 2. *qvia* תוֹעֲבַת (in regim.) *abominatio Ægyptiorum omnis paſtor pecoris*, i. e. abominabilis prorſus, *cap.* XLVI, 34. *palatum ejus* מַמְתַּקִּים *dulcedines, & totus ipſe* מַחֲמַדִּים *deſideria*, h. e. dulce admodum & deſiderabilis vel deſideratisſimus ipſe, *Cant.* V, 16.

II. Concretum pro Abſtracto. Ut: עֲדֵי אֹבֵד *usq; ad perditorem*, h. e. perditionem, *Numer.* XXIV, 20.

ad ob-

ad obsignandam visionem, נָבִיא & prophetam, h. e prophetiam, *Dan. IX, 24.* כִּמְטַחֲוֵי (in regim.) *circiter* vel *ut jaculantes arcu*, h. e. circiter, vel ut est jactus arcus, B. Luth. eines Bogenschusses weit / *Gen. XXI, 16.*

Nota:

Sic apud Syros: *Sermo tuus est* שְׁרָרָא *veritas*, i. e. verissimus, *Job. XVII, 17. Evangelium est* חַיְלָא *potentia Dei ad salutem*, h. e. potens, efficax maximè, *Rom. I, 16. neq; enim* מֶן מַלְאַכָא *ex angelis* vel *angelos assumpsit*, i. e. naturam angelicam, *Ebr. II, 16. &c.*

Canon XLI.

Substantivi loco non rarò veniunt Participia: sive hæc in illa pura degenerant. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 4. Can. 2. & 11. Præcepta Gr. nostr. ed lib. I. cap. 4. pag. 46. Ut: שֹׁמֵר *custos*, *Gen. IV, 9.* רֹעֶה *pastor*, *vers. 2.* מְשָׁרֵת *minister*, *Numer. XI, 28.* Huc refer: נוֹשָׁע *Salvator*, *Zach. IX, 9.* B. Luther: ein Helffer.

Canon XLII.

Pro Adjectivo nonnunqvam periphrasticè, nec minùs eleganter, venit Substantivum, præcedente hoc præpositione ב/ל/מ sive מן. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 9. Præcepta Gram. nostr. ed. lib. II. cap. 1. pag. 134. Ut: מַיִם בַּיַּמִּים *aqvæ in maribus*, h. e. marinæ, *Genes. I, 22.* מִזְמוֹר לְתוֹדָה *psalmus ad gratiarum actionem*, h. e. εὐχαριστικός, *Psal. C, 1.* אַרְיֵה מִיַּעַר *leo de sylva*, i. e. sylvestris, *Jerem. V, 6.*

 Nota:

Nota.

Sic apud Arabes: צורתין מן חדידין *idolum de ferro*, i. e. ferreum.

Canon XLIII.

Loco Adjectivi non invenustè etiam adhibetur nonnunqvam particula separata sive Adverbium. Conf. Glasf. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 10 Præcepta Gr. nostr. ed lib. II. cap. 1. pag. 134. Ut: דָּם חִנָּם *sangvis immeritò*, i. e. innocens, *1. Sam. XXV, 31.* כְּפַחַד פִּתְאֹם *à pavore subito*, i. e. subitaneo, *Proverb. III, 25.* עֵד חִנָּם *testis temerè*, h. e. temerarius, falsus, *cap. XXIV, 28.*

Canon XLIV.

Singularis numerus in Nominibus non raro venit pro plurali; nec non totam qvandoqve speciem exprimit. Conf. Glasf. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 22. Ut: *& abscondit se Adam & uxor ejus à facie Domini in medio* עֵץ *arboris*, h. e. arborum *horti*, *Gen III, 8. glorificabor in Pharaone & in omni virtute ejus*, בְּרִכְבּוֹ *in curru ejus*, i. e. in curribus seu totâ eorundem multitudine, *Exod. XIV, 17. mittam ante te* אֶת־הַצִּרְעָה *crabronem*, i. e. crabrones s. eorundem totum exercitum, *cap. XXIII, 28. hæc est* הַחַיָּה *bestia, qvam comedetis*, h. e. bestiæ vel bestiarum species, *Lev. XI, 2. spiritus tristis exsiccat* גָּרֶם *os*, i. e. ossa singula, omnia, *Proverb. XVII, 22.*

Canon

Canon XLV.

Vicisſim Pluralis numerus ponitur pro ſingulari non raro, magnitudinis, excellentiæ & honoris causâ. Conf. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 24. Ut: *Qvis auditurus crederet Abrahamo, qvod Sarah lactaret* בָּנִים *filios*, h. e. filium, ceu additur expreſsè ſtatim: *qvia peperi ei filium in ſenectute*, *Gen.* XXI, 7. Sic: בְּנֵי *filii Dan* (unicus) *Chuſim*, *cap.* XLVI, 23. *aſcendiſti* מִשְׁכְּבֵי *cubilia patris tui, tunc polluiſti ſtratum meum, cap.* XLIX, 4. *ecce* בְּהֵמוֹת *beſtias*, h. e. beſtiarum ſive beluarum maximam (Elephantem, juxta plerosq; Interpretum) *Job.* XL, 10. חָכְמוֹת *ſapientia in plateis prædicat*, i. e. ſumma vel maxuma Sapientia, ipſisſima Dei ſapientisſimi, Mesſias, Servator, *Proverb.* I, 20. *In multitudinibus ſomniorum* הֲבָלִים *vanitates*, i. e. maxima vanitas *eſt*, *Eccleſ.* V, 6 חַסְדֵי *benignitates Jehovæ ſunt*, *qvod non conſumpti ſumus*, h. e. ſumma ejus bonitas, benignitas, *Thren.* III, 22.

Nota: In ſpecie Nomina Dominii אֲדֹנִים & בְּעָלִים hunc in modum uſurpantur. Conf. ex parte Cl. Buxtorf. Theſ. lib. II. cap. 2. pag. m. 9. & 21. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 25. &, ſi placet, Diatrib. noſtr. de divino Nomine Elohim, Qvæſt. V. § 23 ſeq. (Alia v. ratio eſt Nominis divini אֱלֹהִים qvo de cit. modò loco, & infrà paulò Can. LXVIII, qvod huc ſc. referri, per omnia qvidem, non poteſt nec debet: conf. mox v. gr. *Deuter.* V, 9. *Joſ.* XXIV, 19. 1. *Sam.* VI, 20. *Pſal.* VII, 10. *&c.*) Ut: *& poſuit ſervus manum ſuam ſub fœmore Abrahami*, אֲדֹנָיו *dominorum ſuorum*, h. e. domini ſui, *Gen.* XXIV, 9.

& peccaverunt pincerna & pistor regis Ægypti לַאֲדֹנֵיהֶם *contra dominos suos, regem Ægypti*, addito expresse, *cap. XL,1. locutus est vir* אֲדֹנֵי *domini terræ* (Josephus) *duriter nobiscum, cap.XLII,30. cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe* בְּעָלָיו *dominorum suorum, Jes.I,3.* Sic: *Exod.XXI,4. & 29. 1.Reg XVI,24. Jes.XIX,4. Malach.I,6. alibi.*

Canon XLVI.

Substantivo singulari adjectivum plurale jungitur: & vicissim, Substantivo plurali adjectivum singulare: qvô, posteriore, præsertim distributio, varietas atqve diversitas insinuatur. Conf. ex parte Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 2. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 13. V. gr.

1. Singulari plurale jungitur. Ut: *Vidi universum Israel* נְפֹצִים *dispersos, 1.Reg.XXII,17.*

2. Plurali singulare. Ut: *in abyssis* רַבָּה *magna*, h. e. unaqvaq; abyssorum magnarum, *Psal.LXXVIII,15. rectum judicia tua*, i. e. unumqvodq; judiciorum, *Psal. CXIX,137. opera ejus bonum valde tibi*, i. e. singula & omnia ejusd. opera bona sunt valde tibi, *1.Sam.XIX, v.4. &c.*

Canon XLVII.

Enallage Generis, in statu præsertim absoluto, (aliàs vid. & conf. infrà Can.69) rari-

rariusculè occurrit. Vel, certè discrepantia illa commodùm aliàs concilianda. Ex gr. Eccles. I, v. 1. Salomon dicitur קֹהֶלֶת *Concionatrix*; qvocunq; id jam fiat respectu. *Psal. LXVIII, 12.* legitur: *Dominus dabit sermonem*, הַמְבַשְּׂרוֹת *Evangelizatricum exercitus multos*; id qvocunq; iterum respectu. Sic. *Jerem. XLIV, 19.* mulieres Israeliticæ introducuntur & dicuntur מְקַטְּרִים *adolentes s. suffientes &c.*

Canon XLVIII.

Casuum inter se Enallage nonnunqvam etiam occurrit. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 29. Ut: אֶת־עַמּוּד *columnam nubis non recessit ab eis*, pro columna, *Nehem. IX, 19.* אֵת — כָּל־ הָרָעָה *omne malum* (in accusativo) *venit super nos*, *Dan. IX, 13. &c.*

Nota.

Sic apud Arabes non rarò: conf. Arabism. nostr. Lib. I. cap. 5. membr. 6. annot. 2. Lib. II. cap. 1. reg. 1. ann. 3. cap. 3. reg. 1. ann. 1. & seqq.

Canon XLIX.

In Rectione duorum Substantivorum, nunc prius s. regens, nunc posterius s. rectum loco Adjectivi est: & posterius impr. sive rectum varie non rarò significat, v. gr. causam efficientem, materialem, finalem,

 effectum,

effectum, subjectum, adjunctum, & similia. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 3. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 8. & 30. Præcepta Gr. nostr. ed. lib. II. cap. 1. pag. 140. & infrà omninò Sect. IV. Can. 79. Ex gr.

I. Prius s. regens. Ut: *pater* הֲמוֹן גּוֹיִם *multitudinis gentium*, i. e. multarum gentium, *Genes.* XVII, 5. טֻמְאַת אָדָם *immunditia hominis*, h. e. immundus homo, *Levit.* VII, 21. פְּסִילֵי אֱלֹהִים *sculptilia deorum*, i. e. sculptiles dii, *Deuter* XII, 3. Sic: אַשְׁרֵי הָאִישׁ *beatitudines Viri*, h. e. Beatus Vir, *Psal.* I, 1.

II. Posterius seu rectum. Ut: שֵׁבֶט בַּרְזֶל *virga ferri*, i. e. ferrea, *Psal.* II, 9. רֶכֶם שְׂעֹרִים *panis hordeorum*, i. e. hordeaceus, *Jud.* VIII, 13. אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva amorum*, וְיַעֲלַת חֵן & *caprea gratiæ*, i. e. amicissima, amabilissima & gratiosissima, *Proverb* V, 19. תּוֹא מִכְמָר *bubulus retis*, h. e. irretitus, *Jes.* LI, 20. *&c.*

Nota: Qvod, posterius, cum nomine אִישׁ *Vir* aliisq; nonnullis sæpiusculè evenit. Conf. Glass. Ph. S. lib. III. tr. 1. Can. 34. seqq. & infrà paulò Sect. IV. Can. 80. Ut: אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה *Vir sangvinum & fraudis*, h. e. sangvinolentus & fraudulentus, *Psal.* V, 7. אִישׁ לָשׁוֹן *vir lingvæ*, i. e. lingvax, maledicus, *Psalm.* CXL, 12. אִישׁ מַכְאֹבוֹת *vir dolorum*, i. e. vel q. d. dolorosus, doloribus affectus multis, *Jes.* LIII, 3. בַּעַל אַף *dominus iræ*, h. e. iratus vel iracundus, *Proverb.* XXII, 24.

Nota:

Sic apud Syros: מַכִּכָא אַמְתָא *humilitas ancillæ*, i. e. humilis ancilla, *Luc.* I. *v.* 48. *qvis liberabit me* מִן פַּגְרָא הָנָא דְמוֹתָא *ex corpore hoc mortis?* i. e. mortali,

morti-

mortifero, *Rom.* VII.24. בַּרְנָשָׁא דְחַטִּיתָא *homo peccati*, בְּרָה דְאַבְדָנָא *filius perditionis*, i. e. peccato deditissimus & perditus sive perditioni destinatus, vel item, qvi se & alios æternum perdit, *2.Thessal.* II,3. alibi.

Canon L.

Nomen absolutum (formæ absolutæ) ponitur freqventer pro constructo: & vice versâ. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 4. p m. 46. seqq. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 40. Præcepta Gr. nostr. ed. lib. II. cap. 1. p. 144. V. gr.

I. Absolutum pro constructo. Ut: הָאָרוֹן הַבְּרִית pro אֲרוֹן הַבְּרִית *arca fœderis*, *Jos.* II,14. אֵיפָה הַשְּׂעֹרִים pro אֵיפַת שְׂעֹרִים *modius hordeorum*, *Ruth.* II,17 אֲמָרִים אֱמֶת pro אִמְרֵי אֱמֶת *eloquia veritatis*, *Proverb.* XXII,21. דְּבָרִים נִחֻמִים pro דִּבְרֵי נִחֻמִים *verba consolationum*, *Zach.* I,13.

II. Constructum pro absoluto. Ut: שֵׂה אֹבֵד pro שֶׂה *ovis periens*, *Psal.* CXIX, *ult.* מֵי הַמָּרִים pro מַיִם *aqvæ amaræ*, *Num.* V,18. מִשְׁלַחַת מַלְאֲכֵי רָעִים pro מַלְאָכִים *nuntii mali*, *Psal.* LXXVIII,49. *& vidit* אַנְשֵׁי pro אֲנָשִׁים *viros &c. Eccl.* XXIII,14. *&c.* Qvanqvam rariora, qvod ad hanc formam, exempla sunt: vel certè aliud atq; aliud heic placet aliis, Conf. omninò loca suprà cit.

Canon LI.

Loco nominis recti vel posterioris venit & Verbum infinitum vel adverbium, nominascentia ipsa. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II.

cap.

cap.3. reg.2. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr.1. Can.31. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap.1. p.144. V. gr.

I. Verbum infinitum. Ut: בְּיוֹם עֲשׂוֹת *in die facere*, q. d. factionis ſ. qvà fecit, *Geneſ. II, 4.* בִּימֵי שְׁפוֹט *in diebus judicare*, i. e. judicii ſ. judicationis judicum, *Ruth. I, 1.* Sic: מַשְׁכִּימֵי קוּם מְאַחֲרֵי שֶׁבֶת *diluculantes ſurgere, tardantes ſedere*, q. d. diluculatores ſurrectionis, dilatores ſesſionis, h. e. qvi ſummo diluculo ſurgunt, & ſerò admodùm, in multam noctem, ſedent. *Pſal. CXXVII, 2.*

II. Adverbium. Ut: קִלְלַת חִנָּם *maledictio gratis*, h. e. immerita, ſ. immeritæ rei, *Proverb. XXVI, 2.* דְּמֵי חִנָּם *ſangvines immeritò*, i. e. innocentes, ſ. innocenter & immeritò effuſus ſangvis, innocentiæ q. dicas, *1. Reg. II, 31.*

Canon LII.

Loco Pronominis, (affixi maximè) venit Nomen Subſtantivum, de qvo ſermo eſt. Kimchi in Michl. fol. 9. col. 1. Conf. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 2 Can. 8. & 13. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap. 2. pag. 167. Ut: *Sacrifica DEO*, h. e. mihi, *laudem, Pſal. L, 14.* (verba ſunt ipſius DEI.) Sic: *Memento Domine Davidis*, h. e. mei (verba ſunt Davidis) *Pſ. CXXII, 1. eritq́; filiis Iſrael in monumentum coràm Jehovâ*, h. e. me (loqvitur enim ipſe Jehova) *Exod. XXX, 16. dixitq́; Lamech uxoribus ſuis Ada & Silla, audite vocem meam uxores Lamech*, pro meæ, *Gen. IV, 23.* Sic: *nam ecce lapis, qvem pono coram Joſuâ*, h. e. te (verba ſunt Dei ad Joſuam, ſacerdotem ſummum) *Zachar. III, 9. Iſte eſt liber*

genera-

generationis hominis, *in die qvo creaverat Deus hominem in similitudine Dei*, h. e. suâ, *fecit eum*, *Gen. V*,*1.* & *egressi sunt*, *ut irent in terram Canaan*, & *venerunt in terram Canaan*, pro in eam, *cap. XII*,*5.* Nota: Canonis hujus perversam applicationem in articulo de mysterio S.S. Trinitatis, prout maximè à Photinianis hodie instituitur, vid. apud B. D. Glass. suprà cit. Can.13. pag.m. 199. seqq.

Canon LIII.

Integrum pronomen loco affixi ponitur. Conf. Præcepta Gram. nostr. ed. lib.II. cap. 2. pag. 168. Ut: וּלְשֵׁת גַּם הוא pro לוֹ (per pleonasmum consv.) & *Setho etiam ipsi natus est filius*, *Gen. IV*, *26.* Sic: וּלְשֵׁם יֻלַּד גַּם הוּא & *Semo natus est etiam ipsi*, *cap. X*,*21.* Conf. Mercer. in h.l.

Canon LIV.

Pro relativo pronomine demonstrativum, sive pro אֲשֶׁר זֶה vel זוּ venit. Conf. Glass. Phil.S. lib.III. tr.2. Can.14. Præcepta Gr.nostr. ed. lib. I. cap.6. memb.5. pag. 76. Ut: *ascendunt montes*, *descendunt valles ad loc[illegible]* זֶה *hunc* (pro qvem) *fundasti eis*, *Psal. CIV*,*8.* *In* [illegible] *ambulo*, i. e. qvâ ambulo, *laqveum posuerunt mihi*, *Psal. CXLII*,*4.* *populus* זוּ *hunc*, i. e. qvem *formavi mihi*, *Jes. XLIII*, *21.*

Canon LV.

Pro relativo particula ו copulativa,

 aut

aut כִּי caufalis venit adhibeturq; nonnunqvam. Conf. Glasf. Phil. S. lib. III. tr. 2. Can. 15.

I. Vau: Ut: *& venit ad focrum fuam*, וַתֹּאמֶר *& dicebat*, h. e. qvæ dicebat, *Ruth. III, 16. Deus fortis Jehova*, וַיָּאֶר *& illuxit nobis*, i. e qvi illuxit, *Pfal. CXVIII, 27*.

II. Caufalis. Ut: *donec revertaris in terram*, כִּי *qvia ex ea defumptus es*, h. e. ex qvà defumptus es. *Gen. III, 19. pofuit Deus mihi femen aliud pro Habale*, כִּי *qvia occidit Kain eum*, h. e. qvem occidit Kain, *cap. IV, 25. mille anni in oculis tuis, ficut dies hefternus*, כִּי *qvia præterit*, pro qvi præterit, *Pfal. XC, 4.*

Canon LVI.

In Relativo pronomine (fic in aliis etiam nonnunqvam) contingit & heîc diverfitas numeri: five, Subftantivo plurali refpondet pronomen fingulare; qvo diftributio five varietas ut plurimùm notatur. Conf. Buxtorf. Thef. lib. II. cap. 8. Glasf. Phil. S. lib. III. tr. 2. Can. 17. Ut: *& fufcepit mulier duos viros illos*, וַתִּצְפְּנוֹ *& abfcondit ipfum*, i. e. utrumq;, fingulos, *Jof. II, 4. omnia judicia ejus in confpectu meo, & ftatuta ejus non recedam* מִמֶּנָּה *ab eo*, i. e. fingulis, *2. Sam. XXII, 23. afcenfiones fpiritus veftri, ego novi illud*, h. e. fingula cogitata veftra, *Ezech. XI, 5.* Sic: *fi cuftodierint filii tui* עֵדֹתִי *teftimonia meum*, h. e. fingula mea, unumqvodqve eorund. *Pfal. CXXXII, 12.*

Vicisfim Singulari, præfertim collectivo, refpondet

det pronom. plurale. Ut: *peregrinum erit semen tuum, &c. & affligent* אֹתָם *eos, Gen. XV, 13. omnis hic cœtus,* כֻּלָּם *universi ipsi &c. Numer. XVI, 3.* Sic: *lumen oculorum meorum, etiam* הֵם *ipsi* (pro ipsum) *non mecum, vel apud me, Psal. XXXVIII, 11.*

Canon LVII.

Occurrit & diversitas Generis in pronominibus. In qvibus locutionibus sensus habenda ratio maximè est, vel discrepantia hæc per conveniens synonymum aliqvod (subintelligendum) concilianda est. Conf. Kimchi in Michl. fol. 4. c. 1. & fol. 18. col. 2. Buxt. Thes. lib. II. cap. 8. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 2. Can. 16. Ut: *& collocavit eum* בְּגַן (masc.) *in horto Edenis,* לְעָבְדָהּ (affix. fœm. g.) *ad colendum eam, Gen. II, 15.* Conciliabitur ergò discrepantia hæc facilè per fœminin. usitatum & ipsum גַּנָּה *hortus.* Sic: *apprehende* בַּמּוּסָר (mascul.) *eruditionem,* נִצְּרֶהָ (affix. fœmin. g.) *custodi illam, qvia* הִיא (fœmin.) *ipsa vita tua est, Proverb. IV, 13.* Heic pronomina duo, (integrum & affix.) fœminina ipsa sensu conveniunt cum nomine חָכְמָה *sapientia,* qvod in commatibus superioribus præcedit. Exempla plura vid. ll. suprà alleg.

Canon LVIII.

In specie: In constructione pronominum (sic etiam Verborum) cum nomini-

bus ſuis, maſculinum aliqvando fœmininis laudis & honoris ergò: & vicisſim Viris fœmininum vituperii cauſa tribuitur. Conf. ex parte Cl. Buxtorf. & D. D. Glasſ. Phil. S. ll. ſuprà alleg. Ex. gr.

I. Maſculinum fœmininis. Ut: *dixitq; Naomi nuribus ſuis: redite &c. faciat Dominus* עִמָּכֶם *vobiſcum miſericordiam: qvemadmodum* עֲשִׂיתֶם *feciſtis cum mortuis, Ruth. I, verſ. 8.* ſic *verſ. 9. 11. 13 19 & ult. gratificamini nobis*, ſive *gratis date nobis* אוֹתָם *eos*, pro eas, *Jud. XX, 23. & dixi ad angelum etc. qvorſum* הֵמָּה *iſti*, pro iſtæ, (ſcil. mulieres) *deducunt Epha? Zach. V, 10.*

II. Viris fœmininum. Ut: אַתְּ (fœm.) *tu* (rex Tyri) *Cherub eras &c.* וּנְתַתִּיךָ *& dedi te* (fœmin.) *Ezech. XXVIII, 14.* עֲשִׂיתֶן (fœm.) *vos feciſtis* (Judæi) *abominationem &c. cap. XXXIII, 26.*

Nota: Aliqvando tamen ſub hac Enallages ſpecie alia, eademq; peculiaris planè, ratio ſubeſt. V. gr. *Numer. XI, 15. Deuter. V, 27. Jud. XIX, 24. 2. Sam. XX, 3. Jeſ. III, 16. Jerem. XLIV, 19. Thren. II, 20. &c.*

Canon LIX.

Verbum finitum non raró venit pro infinito: & vicisſim Infinitum pro finito. Conf. ex parte Buxt. Theſ. lib. II. cap. 16. ſub fin. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 34. & 44. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. II. cap. 3. pag. 181. Ex. gr.

I. Fini-

I. Finitum pro Infinito. Ut: Præteritum: הוֹאִיל בֵּאֵר *voluit, declaravit*, pro declarare, *Deut.I,5.* אוּכַל וְרָאִיתִי *qvomodo potero & aspiciam* pro aspicere, *Esther.* VIII, *6.* Futurum I: רֵשׁ הָחֵל *incipe, hæredita*, pro hæreditare, *Deuter.*II,31. הוֹאֵל וּבָרֵךְ *& nunc velis & benedic*, h. e. benedicere, *2. Sam.* VII, *29.* Futurum II: וַיָּחֶל וַיִּטַּע *& incepit & plantavit*, pro plantare, *Genes.IX,20.* אַל תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ *ne multiplicetis, loqvamini*, h. e. loqvi, *1. Sam.*II,*3.* Participium: יֹדֵעַ מְנַגֵּן *scientem, pulsantem*, h.e. pulsare, *cap.XVI,16. & 17.*

II. Infinitum pro finito. Ut: pro Præsenti s. Præterito: *qvi* תְּנָה *dare*, pro das vel dedisti *gloriam tuam super cœlos, Psal.*VIII,*2.* pro Futuro I: זָכוֹר *recordari*, i.e. recordare, *diei Sabbathi, Exod.XX, 8.* pro Futuro II: *per manum servi mei David* הוֹשִׁיעַ *servare*, pro servabo, *populum meum, 2. Sam.* III, *18.* pro Participio: *ne sitis sicut eqvus & mulus* אֵין הָבִין *non intelligere*, i. e. non intelligentes, *Psal.XXXII,9.*

Nota.

Sic apud Chaldæos, Syros, nec non Arabes. Ut: Chald: *& dixit Daniel*, לֶהֱוֵא *adesse* vel *existere*, h.e. sit, esto *nomen Dei benedictum*, *Dan.* II *v.20.* conf. & *v.28.* Syr: *adeò ut non qvisqvam* נִשְׁכַּח נֶעְבַּר *posset transiret*, pro transire, *per viam illam*, *Matth.* VIII,*28.* Arabs: אִירִידוּ אַן אַסְמַעוּ *cupio ut audiam*, pro audire. Conf. Chald. & Syrias. nostr. lib. II. cap. 3. reg. 2. annot. 2. Arabism. lib. II. cap. 3. reg. 3. ann. 2.

Canon LX.

Præteritum venit pro Futuro: & vicissim

cisſim Futurum pro præterito: nunc cum, nunc v. absq; Vau converſio. Conf. Glasſ. Phil. S. lib. I. tr. 4. ſect. 1. Can. 4. lib. III. tr. 3. Can. 46. & 49 & lib. IV. tr. 1. Obſ. 7. Præcepta Gr. noſtr. ed. lib. I. cap. 7. pag. 84. ſeq.

I. Præteritum pro Futuro: (1.) cum Vau converſivo: Ut: *relinqvet Vir patrem ſuum & matrem ſuam* וְדָבַק *& adhærebit uxori ſuæ, Gen. II, 24.* וְהָיוּ *& erunt in carnem unam, Ibid.* וְעָבַר *& tranſibit Deus, Exod. XII, 23.*

(2.) Absq; illo: in propheticis maximè ſcriptis, qvæ rem futuram verbis Præteriti temporis, ob evidentiam & certitudinem ſummam, proponunt. Ex gr. Vid. & conf. *Pſal. XXII. Jeſ. IX, 6. cap. LIII, 4. ſeqq. cap. LX, 1. cap. LXIII, 1. ſeqq.* & alia loca qvàm plurima.

II. Futurum pro Præterito: iterùm (1.) cum Vau converſivo. Ut: וַיֹּאמֶר *& dixit, Gen. I, 3.* וַיְהִי *& fuit, ibid.* וַיַּרְא *& vidit, v. 4.* וַיַּבְדֵּל *& diviſit, ib. &c.*

(2.) Absq; illo, ſimpliciter. Ut: *tunc* יָשִׁיר *canet*, pro cecinit *Moſes, Exod. XV, 1. abyſſi* יְכַסְיֻמוּ *operient*, h. e. operuerunt *eos, comm. 5.* אַעֲלֶה *aſcendere faciam*, pro feci aſcendere *vos ex Ægypto, Jud. II, 1.* Plura aliaq; exempla vid. *Job. IV, 15. & 16. Jeſ. XLI, 2. & 3. alibi.*

Canon LXI.

Imperativus venit nonnunqvam pro Futuro Indicativi: item Subjunctivo, unà cum conjunctione *ſi* aut *qvamvis*. Conf. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 43.

I. Pro

I. Pro Futuro Indicativi. Ut: *& orabit pro te (Abraham)* וִחְיֵה *& vive*, h. e. vives, *Gen.XX, 7. hoc facite*, וִחְיוּ *& vivite*, i. e. vivetis, *cap. XLII, 18. declina à malo, fac bonum*, וּשְׁכֹן *& habita in seculum*, i. e. habitabis in seculum, *Psal. XXXVII, 27.*

II. Pro Subjunctivo &c. Ut: *forte est habitaculum tuum* וְשִׂים *& pone*, h. e. tametsi vel qvamvis posueris *in petrâ nidum tuum, attamen &c. Numer. XXIV. v. 21. &c.*

Canon LXII.

Infinitivus venit pro Nomine: & vice versa Nomen pro Infinitivo qvandoqve usurpatur. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 3. reg. 3. & cap. 16. reg. 2. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 44. m. 5. Ex. gr.

I. Infinitivus pro Nomine. Ut: *novi* שִׁבְתְּךָ *sedere tuum*, h. e. sessionem, וְצֵאתְךָ וּבוֹאֲךָ *& egredi tuum & ingredi tuum*, h. e. egressum, ingressum, *2. Reg. XIX, 27.* Sic: *istæ sunt* הוּסַד *fundari*, h. e. fundationes vel fundamenta *Salomonis in ædificandâ domo Dei, 2. Paral. III, 3.* עֲשֹׂה *facere declinantium odi*, i. e. facta, acta, *Psal. CI, 3.*

II. Nomen pro Infinitivo. Ut: *& nunc Israël, qvid Dominus Deus tuus reqvirens à te, nisi* לְיִרְאָה *ad timorem*, pro לִירֹא ad timendum: seqvitur enim mox Infinitivus לָלֶכֶת *ad eundum, Deuter. X, 12.* וּלְאַהֲבָה *& ad amorem*, pro וְלֶאֱהֹב *ad amandum eum*. seqvitur enim vicissim mox Infinitum: וְלַעֲבֹד *& ad serviendum ei, Ibid.*

Canon XLIII.

Participium pro præſenti, præterito nec non futuro venit ſæpiuſculè. Conf. Glasſ. Phil.S. lib.III. tr.4. Can.4.5. & 6. Ex. gr.

I. Pro Præſenti. Ut: *ecce ego* שֹׁלֵחַ *mittens*, h.e. mitto *angelum ante te, Exod.XXIII,8. Omnia flumina* הוֹלְכִים *euntia*, h.e eunt *in mare, Eccleſ.I,7.*

II. Pro Præterito. Ut: *& ipſi neſciebant, qvod* שֹׁמֵעַ *intelligens*; h. e. intelligeret vel intelligebat *Joſephus, Gen. XLII,23. & filii Iſrael* יוֹצְאִים *egredientes*, h. e. egrediebantur, *Exod. XIV,8. oculi veſtri* הָרֹאוֹת *videntes*, i.e. viderunt, *qvid fecit Dominus, Deut. IV,3.*

III. Pro Futuro. Ut: *& ecce ego* מֵבִיא *adducens*, i.e. adducam *diluvium aqvarum, Geneſ.VI. v.17. nam* מַשְׁחִיתִים *perdentes nos*, i.e. perdituri ſumus *locum hunc, cap.XIX,13.*

Nota:

Sic apud Chaldæos & Syros: Ut: עָנֵה *reſpondens*, אָמְרִין *dicentes*, pro reſpondit, dixerunt, *Dan.II,5.& 7. & ecce vox de cœlis, qva* אָמַר *dicens*, pro dixit vel dicebat, *Matth.III,ult. ecce ego* מְשַׁדַּר *mittens*, pro mitto, *Marc.I, 2.* מְסַבְּרִינַן *annunciantes nos*, pro annunciamus *vobis, 1. Joh. I,1.*

Canon LXIV.

Participium præſens venit pro Participio futuro. Conf. Glasſ. Phil. S. lib.III. tr.4. Can.8. Ut: *à primogenito Pharaonis* הַיּוֹשֵׁב *ſedente*, h.e. ſeſſuro

sessuro (Targum expressè: דַּעֲתִיד לְמִתַּב *qvi futurus erat, ut sederet) super throno suo, Exod. XI, 5. dies* חַבָּאִים *venientes*, i.e. venturi, Luther: die künfftigen Tage vergessen alles/ *Eccles.* II, 16.

Canon L X V.

Loco Verbi Substantivi, *Sum, Est* vel *Sunt, &c.* venit Pronomen separatum, maximè personalia. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 2. Can. 7. Præcepta Gr. nostr. ed. lib. II. cap. 2. reg. 1. Ut: *qvia nudus* אָנֹכִי *ego*, i. e. sum, *Gen.* III, 11. *omnes nos filii viri unius* נַחְנוּ *nos*, i. e. sumus, *probi* אֲנַחְנוּ *nos*, h. e. sumus, *cap.* XLII, 11. *qvia pulvis* אַתָּה *tu*, scil. es, *cap.* III, 19. *qvod nudi* הֵם *ipsi*, videl. essent, *cap.* III, 7. *qvod pulchræ* הֵנָּה *ipsæ*, nimir. essent, *cap.* VI, 2.

Nota:

Sic apud Chaldæos, Syros, Arabes. Testetur experientia.

Canon LXVI.

Verbum plurale ponitur pro singulari nonnunqvam, על דרך מעלה והכבוד ולרבוי הכחות שלו excellentiæ & honoris causâ, itemq; non raro majestatis, virtutum ac potentiæ ergò in subjecto denotandarum, vel aliud etiam qvid. Conf. ex parte Cl. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 51. & si placet, Diatriben nostram de divino nomine Elohim, Qvæst. 5. §. 23. Ex. gr.

I. In primâ perſonâ (ſalvis aliorum qvorumcunq; judiciis) Ut: *comple hebdomadam hanc*, וּנְתְּנָה *& dabimus* (verba ſunt Labanis) *tibi etiam iſtam, Geneſ. XXIX, 27. nunc, qvæſo, maledic populo huic &c. ſi forti potero* נַכֶּה־בּוֹ *percutiemus eum* (Balak de ſe ſe) *Num. XXII, 6. usq; qvò ponetis fines ſermonibus &c. & poſtea* נְדַבֵּר *loqvemur*, (Bildad Suchites de ſe) *Job. XVIII, 2. ſeq. trahe me poſt te*, נָּרוּצָה *curremus* (ſponſa regia de ſe ſe) *Cant. I, 4. hoc ſomnium & interpretationem* נֵאמַר־ *dicemus coram rege* (verba Danielis) *cap. II, 36. alibi etiam.*

II. In ſecundâ perſonâ. Ut: *usq; qvò* תְּשִׂימוּן *imponetis fines ſermonibus*, תָּבִינוּ *inſtruetis* vel *intelligentis* (Bildad Suchites de Jobo) Jobi ſuprà alleg. loco, ſcil. *cap. XVIII, 2.*

III. In tertiâ perſonâ. Ut: *& ſpoliaverunt urbem, qvia* טִמְּאוּ *polluerunt* (de Sichemo filio Chemor) *ſororem ſuam, Geneſ. XXXIV, 2.* conf. omninò *verſ. & 13.*

Nota: Alia ratio eſt Verbi pluralis numeri, cùm de DEO triuno enunciatur idem. Ex gr. *& dixit Deus* (Elohim) נַעֲשֶׂה *faciamus hominem in imagine noſtrâ &c. Gen. I, 26.* conf. omninò *cap. III, 22.* &, ſi placet, Diatriben noſtram de div. nom. Elohim, præſertim Q. 5. 6. & 7.

Canon LXVII.

Verbum ſingularis numeri jungitur Nomini (item Participio) pluralis numeri: & vice verſa: Verbum pluralis numeri (ita Participium) jungitur Nomini ſingularis

laris numeri: qvod, prius præsertim, aliqvando distributionem atq; diversitatem notat. Conf. ex parte Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 10. & 18. D. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 52. & 53. nec non tr. 4. Can. 9. &, si placet, Diatriben nostram de divino nomine Elohim Quæst. 5. §. 24. & 28. Ex. gr.

I. Verbum singulare nomini plurali. Ut: *Isti* בני *filii Jaacob, qvi* ילד *natus est eidem*, h. e. singuli, omnes, *Gen. XXXV, 26.* בנות *filiæ* צעדה *incedebat, cap. XLIX, vers. 22* ויאמר בני גד *& dixit filii Gad*, i. e. omnes atq; singuli, *Numer. XXXII, 25.* וקבל היהודים *suscepit Judæi, Esther. IX, 23.* חכמות נשים בנתה *sapientes mulieres ædificat domum suam*, scil. qvælibet harum, omnes, singulæ *Prov. XIV, 1.* Conf. ex parte Arabism. nostr. Lib. II. cap. I. reg. 1. ann 3. & cap. 3. reg. 1. ann. 4.

II. Plurale nomini singulari. V. gr. (1.) Nomini collectivo. Ut: ומתו כל־הצאן *morientur totus grex, Gen. XXXIII, 13.* כל הארץ באו *universa terra venerunt in Egyptum, cap. XLI, 57.* ויעלו כל־העם *ascenderunt omnis populus, 1. Reg. I, 40.* כל ביתו מתו *universa domus ejus mortua sunt, 1. Paralip. X, 6.* Sic: בית *domus Sauli* הלכים ודלים *euntes & tenues fientes, 2. Sam. III, v. 1.*

(2.) Alii cuicunq;. Ut: הבקר היו חורשות *bos erant arantes, Job. I, 14.* h. e. hi atqve illi, omnes, singuli, Jobus qvotqvot habebat aratores. נסו *fugiunt, nemine persequente* רשע *impius, &* צדיקים *justi velut leo* יבטח *confidit, Proverb. XXVIII, 1.* in qvo loco utraq; enallages species habetur.

Nota: In ſpecie cum nominibus בְּעָלִים & אֲדֹנִים id freqvens eſt. Conf. ex parte Cl. Buxtorf. theſ. lib. II. cap. 10. pag. m. 103. ſeqq. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 25. (Alia vicisſim ratio eſt Nominis divini אלהים: Vid. Canonem mox ſeq.) Ut: דִּבֶּר *locutus eſt vir*, אֲדֹנֵי *domini terræ duriter nobiſcum*, *Gen.* XLII, *30.* *ſi* אֲדֹנָיו *domini ejus* יִתֶּן. *dederit ei uxorem*, *Exod.* XXI, *4*. conf. *v. 6.* Sic: וְלָקַח בְּעָלָיו *& ſuſcipiet domini ejus*, *cap.* XXII, *11.* *&c.*

Canon LXVIII.

In locutionibus divinis Verbo ſingulari Nomen plurale אלהים jungitur, auguſtisſimi myſterii S.S. Trinitatis ergò, vel ſaltim pluralitatis perſonarum in unâ divinâ esſentia indigitandæ. Conf. poſt alios plures ex parte D. D. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 25. & tr. 3. Can. 52. & Diatriben noſtr. de div. nom. Elohim præſertim Qvæſt. VII, IX, & X. vel ult. Ut: *In principio* בָּרָא אלהים *creavit Elohim*, *Geneſ.* I. *verſ. 1.* וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים *& dixit Elohim, faciamus hominem &c.* comm. וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים *& dixit Jehova Elohim, ecce homo, ſicut unus ex nobis*, *cap.* III, *22.* Alibi ſæpisſimè.

Nota: Vice versâ, Verbo plurali Nomen divinum ſingularis numeri (qvodcunq;) eadem de cauſa jungitur. Ut: אֱלוֹהַּ עֹשָׂי *Deus factores mei*, *Job.* XXXV, *10.* *Conjuges tui* עֹשַׂיִךְ יְהוָה צְבָאוֹת *factores tui Jehova exercituum*, *Jeſ.* LIV, *5.*

Qvod ſi verò Nomini plur. אלהים Verbum & ipſum

ipsum plurale (vel item adjectivum aut participium plurale) addatur, tunc pluralitas illa personarum expressius multo indigitatur: implicite Trinitas S.S. qvoqve. Ex.gr. התעו אתי אלהים *errare me fecerunt Elohim de domo patris mei, Genes. XX,13.* נִגְלוּ אֵלָיו הָאֱלֹהִים *revelati sunt ad eum Elohim, cap.* XXXV,7. *qvis sicut populus Israel, ad qvem* הָלְכוּ אֱלֹהִים *iverunt Elohim, 2. Sam.* VII,23. אֱלֹהִים שֹׁפְטִים *Elohim judices in terrâ, Psal.* LVIII, *ult.* alibi non rarò.

Canon LXIX.

Verbum (ita & Participium) genere discrepat etiam non rarò à Nomine suo, cui jungitur. Qvæ discrepantia commodùm vicissim concilianda, vel ad sensum, aut intellectum phrasis hæc referenda est. Conf. Kimchi in Michl. fol. 4. col. 1. & fol. 18. col. 2. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 10. pag m. 107. seqq. cap. 18. p. 101. seqq. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 55. & tr. 4. Can. 10. Ut: *& fuit sole occumbente* וַיְהִי הַשֶּׁמֶשׁ בָּאָה *& caligo fuit, Gen. XV, 17.* R. Sal. Jarchi subintelligit, aut verius substituit mascul. חשך: *& in cœtum eorum ne animator, uniat se* (verb. fœmin.) כְּבוֹדִי *gloria mea* (nom. mascul.) *cap.* XLIX, *6.* Intelligunt per כָּבוֹד *gloria, & נֶפֶשׁ animam,* commune, sæpius fœmininum: qvemadmodum fit *Psal.* XVI, *9. Psal.* XXX. *vers. ult.* Sic: הַמִּנְחָה אֲשֶׁר יֵעָשֶׂה *sacrificium qvod fiet, Levit.* II, *8.* pro קָרְבַּן מִנְחָה *oblatio sacrificii,* ut est *vers. praced. 1. & 4.* חִרְדוּ שַׁאֲנַנּוֹת *trepidate tranqvillæ* (verb. plur. mascul.

 nomen

nomen fœm.) *Jeſ.XXXII,11.* Sic Particip. ut: *cùm autem nos* (de fœminis ſermo eſt) מְקַטְּרִים *ſuffientes ſumus, Jerem,*XLIV,*19.* Plura exempla Vid.ll. ſuprà alleg.

Canon LXX.

Perſonæ item alternant inter ſeſe nonnunqvam. Conf.Buxtorf. Theſ.lib.II.cap.10.p.m. 115. Glaſſ. Phil. S. lib.III.tr.3. Can.50. & lib.IV. tr.2. Obſ.16. & 17. Ut: *Canta ſterilis, qvæ non* יָלָדָה *parit* (pro paris) *claram ede vocem, qvæ non* חָלָה *dolet*(pro doles) *Jeſ.LIV, 1. qvia* יֵבשׁוּ *pudefient* (pro pudefietis) *propter lucos, qvos deſideraſtis, & erubeſcetis propter hortos, qvos elegiſtis, cap.I. v.29. miſi ad eos ſervos meos, prophetas &c. & non* שְׁמַעְתֶּם *audiviſtis*, (pro audiverunt) *Jerem.XXIX,19.* וַתִּקְרְבוּ עֲצָמוֹת *& acceſſiſtis oſſa ad os*, (pro acceſſerunt oſſa unum ad alterum) *Ezech.* XXXVII,7 in qvo loco ſimul & enallage generis eſt.

Canon LXXI.

Particulæ cùm ſeparabiles tùm inſeparabiles variè inter ſe item permutantur: unde multò freqventisſimus hic eſt etiam idiotiſmus. Conf. ex parte Glaſſ. Phil.S. lib.III. tract.5. 6. 7. & lib IV. tract.1. &c. paſſim. Præcepta, ſi placet, Gram. noſtr. ed. lib.II. cap.ult. pag. 105. & ſeqq.

I. Separabiles: v.gr. אֶל *ad*, pro עַל *propter*: אֶל *non* pro מִן *præ*: &c. Ut: *deſcendam* אֶל־בְּנִי *propter filium*

hum meum lugens in sepulchrum, Genes. XXXVII, 35. B. Luther: Ich werde mit Leid himunter fahren in die Grube, zu meinem Sohn.

II. Inseparabiles: v.gr. ו pro כ vel כֵּן *sic* &c. Exempla vid. fis II, modò alleg.

Canon LXXII.

Pro Adverbio, in specie, venit non rarò Nomen substantivum, in statu & absoluto & constructo, cum vel sine præpositione ב, ל, מ. Conf. ex parte Glass. Phil. S. lib. III. tract. 5. Can. 1. Præcepta Gram. nostr. ed. lib. II. cap. 4. reg. 4. Ut: בֶּטַח *confidenter*, Genes. XXXIV, 25. רַבַּת *multum*, Psalm. LXV, 10. מֵישָׁרִים *rectissimè* Psalm. LXXV, 3. Cum præpositione sive particulis: בֶּאֱמֶת *verè*, Jud. IX, 15. בְּמֵישָׁרִים *rectissimè*, Psal. IX, 9. לְצֶדֶק *justè*, Jes. XXXII, 1. *&c.*

Nota:

Sic apud Chaldæos, Syros, Arabesq; Ut: Chaldæos: יַתִּירָה *excellenter*, Dan. III, 22. מִן קַדְמַת *antehac*, cap. VI, 10. Syros: אַחֲרִית *postremò*, Matth. XXI. v. 37. קַדְמָיִת *primum*, Actor. XI, 26. בְּחָכְמְתָא *sapienter*, Colossf. IV, 5. Arabes: גַּדַנָא *cras*, אַלְיוֹמַא *hodie*, חַכִּימַנַא *sapienter*, *&c.*

SECTIO

SECTIO IV. & ult.

maximè

De

SIGNIFICATIONUM VARIETATE, &c.

Canon LXXIII.

Nomina Appellativa denominant subjectum vel rem suam nonnunqvam à termino à qvo vel ad qvem, citra tamen ejusdem (rei denominatæ habentisq; se hoc modo & in præsenti) adessentiam. Conf. D.D. Glass. Phil. S. lib. III. tr.*1.* Can.3. Finckii Canon. Theol. Cent. I. Can.2. &c. Ex. gr. *Eva* pronunciatur *os ex ossibus, caro ex carne Adami*, ratione termini à qvo vel primæ originis, *Gen.*II,*23.* *Virga Aaronis in serpentem conversa* retinet *nomen virga, Exod.*VII,*12.* *Filii Aaronis* vocantur *sacerdotes*, de futuro, non qvod tales jam erant, sed ratione termini ad qvem, vel qvia futuri tales essent, *Exod.*XIX,*24.*

Nota:

Talia & occurrunt in N.Testamento: alibi V. gr. vid. *Matth.XI,6. cap.*XXVI,*6. Ebr.*XI,*31. &c.*

Canon LXXIV.

Nomina duo Substantiva, eademq; vel syno-

synonyma vel disparatæ significationis, conjunguntur nonnunqvam, unam eandemqve interim significantia qvidem rem, ita tamen vicissim, ut alterum adjectivi vicem qvasi sustineat, nec sine suâ emphasi qvadam singulari. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 6. Ut: *Et dixit Deus faciamus hominem* בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ *in imagine nostrâ, secundùm similitudinem nostram*, hoc est, ad imaginem valde nobis similem, simillimam, Gen. I, 26. *& obtulit Abel ipse qvoq;* מִבְּכֹרוֹת צֹאנוֹ וּמֵחֶלְבֵהֶן *de primogenitis gregis sui & adipe seu pingvedine eorundem*, i.e. primogenitis gregis sui pingvissimis, c. IV. v. 4. *& pluit Jehova super Sedom & Amorah* גָּפְרִית וָאֵשׁ *sulphur & ignem*, i.e. sulphur ignitum vel ignem sulphureum, *cap. XIX, 24.* Conf. *Psalm. CXVI, 1. Jerem. XXII. v. 3. cap. XXIX, 11. &c.*

Nota:

Ita in Novo Instrumento Græco, Syro, nec non alibi. Ut: *Sacerdos autem Jovis ταύρους καὶ στέμματα* (Syr: תאורא וכלילא) *tauros & coronas adduxit*, i.e. coronatos, *Actor.* XIV, 13. Sic: *Pateris libamus & auro*, h. e pateris aureis, *Virgil. Georg. lib. 2. Chalybem frenosq; momordit*, i.e. frenos chalybeos, *Lucan.*

Canon LXXV.

Duobus Substantivis subjicitur nonnunqvam Adjectivum posteriori conveniens,

niens, cum deberet priori. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 2. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 14. Ut: עוֹרֹת אֵילִים מְאָדָּמִים *pelles arietum rubricatorum*, pro pelles arietum rubricatæ, *Exod. XXV, v. 5.* קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *arcus fortium confractorum*, pro arcus fortium confractus, *1. Sam. II, 4.*

Canon LXXVI.

Nomina in specie hæc: בְּכוֹר *primogenitus*, חֵלֶב *adeps*: ita divina: אֵל, אֱלֹהִים, יְהוָה adhibentur sæpè dignitatis & excellentiæ singularis, imò extraordinariæ nonnunqvam, conciliendæ ergò rei. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II, cap. 3. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. ... V. gr. בְּכוֹר *primogenitum constituam eum, excelsum inter reges terræ*, h. e. exaltabo & glorificabo eum admodum, *Psal. LXXXIX, 28.* Ita: בְּכוֹר מָוֶת *primogenitus mortis*, i. e. terribilissima mors, der grausame Todt/ q. d. B. Luther: der Fürst des Todes/ *Job.* XVIII, 13. Sic: *& vescemini* אֶת־חֵלֶב הָאָרֶץ *adipe terræ*, h. e. selectissimis terræ fructibus, Luther. das Marck im Lande/ *Gen. XLV, 18.* *cibavit eum* מֵחֵלֶב *adipe frumenti*, Luther: mit dem besten Weitzen/ *Psal.* LXXXI, *ult.*

Sic: *Terror* אֱלֹהִים *Dei*, i. e. maxumus, idemq; à Deo immissus singulariter. *Gen.* XXXV, 5. *Sopor* יְהוָה *Jehovæ, Domini*, h. e. gravissimus, profundissimus, nec idem naturalis simpliciter, sed à Deo item singulariter immissus, *1. Sam. XXVI, 12.* *montes* אֵל *Dei*, h. e. ingentes,

tem, excelsi, maximi, Dei Creatoris Opus & monumentum qvoddam singulare, *Psalm.* XXXVI,7. Ita in Compositione & cum præfixis: שַׁלְהֶבֶתְיָה *flamma Domini*, h. e. ardentissima, vehementissima, *Cant.* VIII,6. *Ninive civitas magna* לֵאלֹהִים *DEO*, h. e. maxima iterùm, amplissima, augusta, *Jon.* III,3.

Canon LXXVII.

Masculinum & fœmininum Genus, cum ratione formæ, tùm aliàs atq; significationis nonnunqvam conjunguntur, ad indigitandam rei, de qvâ sermo est, varietatem & multitudinem. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 2. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 20. Ut: *Feci mihi* שָׁרִים וְשָׁרוֹת *cantores & cantrices*, h. e. varium & multiplex Musices & Musicorum genus, *Eccles.* II,8. מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה *scipionem & scipionem*, B. Luther: allerley Vorrath/ *Jes.* III,1. קוֹל חָתָן וְקוֹל כַּלָּה *vox sponsi & vox sponsæ*, h. e. nuptialis plausus & lætitiæ omne genus, *Jer.* VII,34. &c.

Canon LXXVIII.

Nominativus in Oratione qvandoq; absolutè ponitur, & vim integri antecedentisq; membri absolvit; de qvo postmodum aliqvid certi prædicatur: non sine suâ emphasi & elegantiâ singulari. Conf.

 Buxtorf.

Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 10. pag. m. 102 seq. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 28. Ut: יְהֹוָה *Dominus: in cœlis sedes ejus*, *Psal. XI, 4.* חֲסִידָה *Ciconia: abietes domus ejus*, *Psal. CIV, 17.* אֶפְרַיִם *Ephraim: ut avis volat gloria eorum*, *Hos. IX, 11.*

Sic in Pronominibus. Ut: וַאֲנִי *& ego: hoc pactum meum cum eis*, *Jes. LIX, 21. alibi.*

Canon LXXIX.

Nominis Recti, in constructione, Usus & significatio varia ac multiplex est: notat enim jam Causam efficientem, finalem, materialem, effectum, subjectum, adjunctum, objectum, comparationem &c. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 30. & 33. & supra Sect. III. Can. 49. Ut: יְלוּד אִשָּׁה *natus mulieris* (causa effic.) *Job. XIV, 1.* מֻכֵּה אֱלֹהִים *percussus Dei*, (c. effic.) *Jes. LIII, 4.* צֹאן טִבְחָה *pecus mactationis* (c. final.) *Psal. XLIV, 23.* שֵׁבֶט בַּרְזֶל *virga ferri*, (c. material.) *Psal. II, 9.* רוּחַ חָכְמָה וּבִינָה *spiritus sapientiæ & intelligentiæ* (effectus) *Jes. XI, 2.* נִדְּחֵי עֵילָם *depulsi Elami*, h. e. ex Elamo, *Jer. XLIX, 36.* תּוֹא מִכְמָר *bubulus retis*, h. e. irretitus, *Jes. LIV, 9.* רוֹמְמוֹת אֵל *exaltationes Dei*, i. e. quibus exaltatur Idem, *Psal. CXLIX, 6.* קְבוּרַת חֲמוֹר *sepultura asini sepelietur*, h. e. tanqvam asinus, *Jerem. XXII, 19.* עָרִיצֵי גוֹיִם *feroces gentium*, i. e. ferocissimi inter gentes, *Ezech. XXVIII, 7. &c.*

Nota:

Sic in N. Testamento Græco, Syro, nec non alibi. Testetur experientia.

Canon

Canon LXXX.

Nominis אִישׁ *Vir*, in specie, in statu rectionis non una emphasis atq; significatio est: notat enim jam subjectum, jam adjunctum, causam efficientem, effectum &c. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr.1. Can. 34. & suprà Sect. III. Can. 40. Ut: אִישׁ מָוֶת *Vir mortis*, (Targ. גְּבַר חַיָּב קְטוֹל *Vir reus occisionis, promeritus mortem*) 1. *Reg. II, 26.* אִישׁ מַכְאֹבוֹת *Vir dolorum, plagarum, Jes. LIII, 3.* אִישׁ יִשָּׂשכָר *Vir Issachar, Jud. X, 1.* אִישׁ רִיב *Vir rixæ, cap. XII, 2.* אִישׁ בְּשֹׂרָה *Vir nuncii, 2. Sam. XVIII. v. 20.* אִישׁ אֱלֹהִים *Vir Dei, 1. Reg* XIII, 1. *alibi.*

Canon LXXXI.

Nominis בַּעַל *Dominus*, eodem fere modo, varia significatio & emphasis est. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 35. Ut: בַּעַל הַחֲלֹמוֹת *domino somniorum*, i.e. somniator, *Gen.* XXXVII, 19. בַּעַל הַבַּיִת *dominus domus*, i.e. paterfamilias, *Exod.* XXII, 7. בַּעֲלַת אוֹב *domina pythonis*, h. e. pythonissa, 1. *Sam.* XXVIII, 7. בַּעַל אַף *dominus iræ*, h. e. iratus, iracundus, *Proverb.* XXII, 24. בַּעַל הַקְּרָנַיִם *dominus cornuum*, i.e. cornutus, *Dan.* VIII, 6. בַּעֲלַת כְּשָׁפִים *domina præstigiarum*, i.e. præstigiatrix, *Nah.* III, 4.

Nota:

Sic apud Syros: בְּעֵל דִּינָא *dominus litis*, h. e. adversarius, *Matth. V, 25.* בְּעֵל דְּבָבָא *dominus odii*, i. e. inimicus, *v. 44.* & Rabbinos freqventissimè: v. gr. בַּעַל

בַּעַל בְּרִית *dominus fœderis*, i.e. confœderatus, בַּעַל חוֹב *dominus debiti*, vel *crediti* (utrumq;) i.e. debitor, creditor. בַּעַל עָרוּךְ *autor libri Aruch* (Lexici Talmudici & Rabbinici) בַּעֲלֵי טוּרִים *libri Turim* (in Pentatech.) בַּעֲלֵי מַסֹּרֶת *autores Masoræ, Masorethæ*. Conf. si placet, Cl. Buxtorfii Lex. Chald. Talm. & Rabb. rad. בעל item, חוב.

Canon LXXXII.

Nominis בֵּן *filius* בַּת *filia* ita planè singularis emphasis & varia significatio occurrit. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 3. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Can. 36. Ut: בֶּן־בַּיִת *filius domus*, i.e. domesticus, *Genes. XV, 3.* בֶּן־שָׁנָה *filius anni*, i.e. anniculus, *Exod.* XII, 5. מֵאָה שָׁנָה *centum annorum*, h. e. multæ vel summæ ætatis, *Jes. LXV, 20.* לַיְלָה *noctis*, i.e. unius noctis, *Jon. IV, 10.* בֶּן־מָוֶת *filius mortis*, i.e. reus ejusd. *1. Sam. XX, 31.* בֶּן־קֶשֶׁת *filius arcus*, h. e. sagitta, *Job. XLI, 19.* בֶּן־שַׁחַר *filius auroræ*, h. e. mane oriens Lucifer, *Jes.* XIV, 12. בְּנֵי קֶדֶם *filii Orientis*, i.e. Orientales populi, *Jes.* XI, 14. נֹף *Noph*, h. e. incolæ Noph, *Jerem.* II, 16. Sic: בַּת־צִיּוֹן *filia Tsion*, יְרוּשָׁלַיִם *Jerusalem* passim reperias.

Nota:

Sic apud Syros, nec non Rabbinos, alibi. Ut: בַּר גִּבַּנָּא *filius Gibannæ*, *Matth. XXIII, 15.* בַּר שְׁלָמָא *filius pacis*, *Luc X, 16.* בַּר אַבְדָּנָא *perditionis*, *Johan. XVII, 12.* בְּנֵי מְדִינְתָּא *filii civitatis*, i. e. cives, *Actor. XII, 20.* בְּנַיְנָשָׁא & אֱנָשָׁא in compositione, *filii hominis*, i. e. homines, passim. Apud Rabbinos. Ut: בֶּן־אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת

filius

filius quatuor literarum, i.e. nomen JEHOVA. בַּת קוֹל *filia vocis*, i. e. submissa vel repercussa, Echo. Sic alibi, apud autores profanos; *filius terræ, fortunæ, albægallinæ &c.* Vid. & conf. omninò Cl. Trostl, Lexic. Syr. rad. בנה vel בנא pag. 112. seq. Buxtorfii Lexic. Chald. Talmud. & Rabb. rad. בנה pag. 319. seqq. Schindl. in Lex. pentag. voc. קול.

Canon LXXXIII.

Nomen בֵּית *domus* in statu constructo positum pro qvovis continente, loco, domo, vase &c. accipitur. Conf. Glass. Phil. S. lib. III, tr. 1, Can. 37. Ut: בֵּית הָאֲסִירִים *domus vinctorum*, h. e. carcer, *Jud. XVI, 21.* בֵּית אֵבֶל/בֵּית מִשְׁתֶּה *domus luctus, domus convivii, Eccles. VII 3.* בֵּית עוֹלָם *domus seculi*, h. e. sepulchrum (Targ. קְבוּרְתָּא expressè) *Eccl. XII, 5. &c.*

Nota.

Sic apud Chaldæos, Syros, nec non Rabbinos; Ut: בית מְבָתָא *domus pernoctationis*, h. e. diversorium, *Targum, Gen. XLII, 27.* בֵּית קוּרְבָּנָא *domus oblationis*, h. e. gazophylacium, *Luc. XXI, 1.* Præsertim apud Rabbinos: בית מדרש *domus studii*, h. e. schola, gymnasium, Academia. בית הַכְּנֶסֶת *domus congregationis*, i. e. Synagoga, ecclesia, בֵּית דִּין *domus judicii*, i. e. Curia, Consistorium. בית הַחִצִּים *domus sagittarum*, i. e. pharetra. בית יד *domus manus*, i. e. chirotheca. V. & conf. omninò Cl. Buxtorfii Lexic. Chald. Talmud. & Rabbin. rad. בית.

Canon

Canon LXXXIV.

Duorum Substantivorum per copulam Vau junctorum posterius recti qvasi vicem non rarò obtinet. Conf. Glass. Ph. S. lib. III. tract. 1. can. 42. Ut: *multiplicando multiplicabo* עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ *dolorem tuum & conceptum tuum, i. e.* dolorem conceptus tui, *Gen. III, 16. afferte Domino* כָּבוֹד וָעֹז *gloriam & fortitudinem*, h. e. gloriam fortitudinis, *Psal. XCVI, 7. postqvam combussisset rex* אֶת־הַמְּגִלָּה וְאֶת־הַדְּבָרִים *volumen & verba*, i. e. volumen verborum, *Jerem. XXXVI, 27. &c.*

Canon LXXXV.

Contingit & nonnunqvam in statu constructo Hypallage seu inversio vocum. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. Càn. 43. & ex parte lib. IV. tr. 2. Obs. 21. seq. Ut: *triginta & tres dies manebit in* בִּדְמֵי טָהֳרָה *in sangvinibus purgationis*, pro purgatione sangvinis *Levit. XII, 4.* Sic: שִׁכְבַת זֶרַע *concubitus seminis*, pro semen concubitus, *cap. XXII, 4.* כַּד הַקֶּמַח *Cad farina non consumetur*, צַפַּחַת הַשֶּׁמֶן *& phiala olei non deficiet*, pro farina cadi & oleum phialæ, *1. Reg. XVII, v. 14. &c.*

Canon LXXXVI.

Cautè omninò despiciendum, Pronominum Relativorum qvod attinet usum, qvorsum nimir. respiciant eadē referendaqꝫ sint:

ſint: an remotius, an verò propius; an conſeqvens, num verò antecedens. Non rarò qvin imò contextûs totius, antecedentis præſertim, vicem gerunt, ex eodemq; ſenſus eruendus eſt venitq;. Conf. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 2. Can. 10. 11. & 12. Ex. gr. *Et Reſen inter Niniven & inter Chalachum* הִיא *ipſa eſt civitas magna*, ſcil. Nineveh. *Gen. X, 12. Tu asſume ſervos domini tui & perſeqvere* אַחֲרָיו *poſt eum*, non ſc. dominum tuum, ſed Schebam ſeditioſum, de qvo in præcedentibus, 2. *Sam. XX, 6. humiliaverunt in compedibus pedes ejus* (Joſephi) *donec veniret* דְּבָרוֹ *verbum ejus:* non Joſephi, ſed Dei, cujus mox immediatè fit mentio, *Pſalm. CV, 18. & 19. vidi juvenem, tranſeuntem per plateam juxta angulum ejus & in via* בֵּיתָהּ *domus ejus* vel *ad domum illius*, ſcil. mulieris meretriciæ, de qvâ ſeqvitur mox, *Proverb. VII, 7. 8. ſeqq. Iſrael confide in Domino*, עֶזְרָם *auxilium eorum*, וּמָגִנָּם *& clypeus eorum* (ſcil. Iſraelis, vel confidentium piorum in Iſraele) *Ipſe eſt, Pſalm. CXV, 9.* כָּל־אַנְחָתָהּ *omnem gemitum ejus* (nimir. Babylonis, contra qvam prophetia directa eſt) *faciam ceſſare, Jeſ. XXI, 2. & deſcendit Jonah Japho & invenit navem, &c. & deſcendit in hanc, ut veniret* עִמָּהֶם *cum illis* (nimir. nautis, de qvibus ſermo, ut apparet ex antecedentibus) *Jon. I, 3. &c.*

Canon LXXXVII.

Aliqvando Relativum convenit gē-

 nere

nere & numero (vel alterutro horum) cum propiore Substantivo, conseqvente vel antecedente, cum deberet potiùs respondere remotiori. Conf. Præcepta Gram. nostr. ed. lib. II. cap. 2. reg. 3. annot. & ex parte Glass. Phil. S. lib. III. tr. 2. Can. 18. & suprà Sect. III. Can. 56. & 57. Ut: *Nam* בָּתֵּי *domus* (plur. & masc.) *civitatum Levitarum* הִיא אֲחֻזָּתָם *ipsa possessio* (singul. & fœmin.) *ipsorum, Levit. XXV, 33. Fruere vitâ cum uxore tuâ, qvam diligis &c. nam* הוּא חֶלְקְךָ (mascul. gen.) *ipse pars tua &c. Eccles. IX, 9.* Sic: אוֹר עֵינַי הֵם *lux oculorum meorum ipsi* (pro ipsa) *non sunt apud me, Psal. XXXVIII, 11. &c.*

Canon LXXXVIII.

Verba simplicia, etiam extra statum rectionis, non raro habent significationem Compositorum; qvæ ex contextu eruenda est. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tract. 3. Can. 1. V. gr. אמר *loqvendi* & *obloqvendi*, vid. 2. *Paral. XXXII, 17.* נפל *cadendi* & *excidendi* vel *deficiendi, Jer. XXXVII, 13.* קום *standi* & *per-* vel *subsistendi, Jos. VII, 12. Psal. I, 5. &c.* Ita in aliis.

Nota:

Ita apud Chaldæos, Syros nec non Arabes. Testetur experientia.

Canon

Canon LXXXIX.

Verbum unum, ex indole lingvæ, pro ratione sensûs aliud in se includit: vel unum pro duobus ponitur. Qvod cum לקח & חחח *accepit* freqvens est. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 2. Præcepta Gr. nostr. ed. lib. II. cap. 3. pag. 178. Ut: וַיִּקְחוּ *& acceperunt* (& abduxerunt scil.) *Loth. Gen. XIV, 12.* קְחָה *tolle* (& adfer scil.) *mihi vitulam triennem, cap. XV, 9.* וַיִּקַּח *& accepit vir ille monile aureum* (& imposuit nimir. naso vel faciei ejus) *& duas armillas* (& imposuit scil. vel applicavit) *manibus ejus, Genes. XXIV, v. 22.* Conf. omninò mox *vers. 47.* וַיִּתְמְהוּ *& mirati sunt viri illi* (& respexerunt nimir.) *alter ad alterum, cap. XLIII, 33. & tu* חָשַׁקְתָּ *amavisti, amplexus es amore,* h. e. amando propensissimè eduxisti me *ex foveâ, Jes.* XXXVIII, *17. sumant massam ficuum* וְיִמְרְחוּ *& contundant super ulcus,* i. e. contusam applicent, imponant ulceri, *cap. eod. comm. 21.*

Canon XC.

Verba completiva (actum completum significantia) qvandoq; inchoativè intelligenda sunt: & vicissim. Conf. Glass. Ph. S. lib. III. tr. 3. Can. 3.

I. Completiva: Ut: *qvadraginta annos natus Isboseth, filius Saulis,* בְּמָלְכוֹ *cùm regnaret,* i. e. inciperet regnare, *2. Sam. II, 10. & fuit anno 480. &c.* וַיִּבֶן *& ædificavit*

ficavit Salomo, i. e. ædificare cœpit *domum Domini*, 1. *Reg. VI,1.*

II. Inchoativa. Ut: וַיְכַל *& perfecit Deus in die septimo opus suum &c.* h. e. perfectum habuit, tenuit eo die, *Gen. II, 2.* וּפִתְּחוּ *& aperient portas tuas jugiter*, h. e. apertas tenebunt: sollen stets offen stehen / rectè B. Lutherus: qvemadmodum immediatè seqvitur: *die & nocte non claudentur, Jes. LX,11. &c.*

Canon XCI.

Verbum de continuatione vel augmento rei significatæ nonnunqvam accipiendum est. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tract. 3. Can. 4. Ut: *& ignis super altari* תּוּקַד *accensus erit*, h. e. continuè uret, qvemadmodum immediatè seqvitur: *non extingvetur, Levit. VI, 12. & nunc timete Dominum*, וְעִבְדוּ *& colite eum*, i. e. pergite, crescite in pietatis studio, *Jos. XXIV, 14.* conf. omninò *v. 15. & 16.*

Canon XCII.

Verbum certam actionem vel effectum notans sæpiusculè de actionis vel effectûs causâ, suo modo, accipiendum est. Et in specie 1. de eorundem potestate & facultate. 2. Jure & debito. 3. Voluntate & voto. 4. Conatu. 5. Consvetudine. 6. Occasione. 7. Permissione. Conf. Glass. Phil.

Phil. S. lib. III. tract. 3. Canon. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Ex. gr.

I. De Poteſtate & facultate: (actu primo, non ſecundo) reddiq; poterit per *Poſſum*. Ut: *multiplicando multiplicabô ſemen tuum, & non* יִסָּפֵר *numerabitur*, h.e. poterit numerari, *Gen. XVI, 10. an non meliora Amanah & Pharpar flumina Damaſci &c. annon* אֶרְחַץ *lavabo me*, i. e. poſſem lavare *in illis & mundari*, *2. Reg. V, 12.* אֲסַפֵּר *numerabo omnia oſſa mea*, i. e. poſſem numerare, *Pſal. XXII, 18.*

II. De Jure & debito: reddiq; poterit per *Debeo*. Ut: *opera qvæ non* יֵעָשׂוּ *fient*, i. e. fieri debent, *feciſti mecum, Gen XX, 9. erudiam te & docebo, qvâ viâ* תֵּלֵךְ *ibis ſ. ambulabis*, i. e. debes, *Pſal. XXXII, 8. filius* יְכַבֵּד *honorat patrem & ſervus dominum ſuum*, i.e. debent, *Mal. I, 6.*

III. De Voluntate & voto: reddiq; poterit per *Volo* aut *Opto*. Ut: הֲתֵלְכִי *nunqvid ibis cum viro iſto? & dixit* אֵלֵךְ *ibo*, h. e. visne ire? volo. *Gen. XXIV, 58. qvod* תֹּאפוּ *coqvetis coqvite, & qvod* תְּבַשְּׁלוּ *elixabitis elixate*, i.e. vultis, exoptatis coqvere, elixare. *Exod XVI, 23.*

IV. De Conatu: reddiq; poterit per *Conor*. Ut: *& audivit Ruben*, וַיַּצִּלֵהוּ *& eripuit eum*, h. e. conabatur, ſatagebat eripere *ex manibus illorum, Gen.* XXXVII, *21.* וַיַּעֲשׂוּ *& fecerunt*, i. e. conati ſunt facere *ſimiliter incantatores*: ſeqvitur enim immediatè . *& non potuerunt*, *Exod. VIII, 18.*

V. De Conſvetudine: reddiq; poterit per *Soleo*. Ut: *de omni cibo, qvi* יֵאָכֵל *comeditur*, i e. ſolet comedi, *Gen. VI, 21. & dixit Laban: non* יֵעָשֶׂה *fiet ſic*, i. e. non ſolet fieri *ita apud nos*, *cap.* XXIX, *26. ecce pater meus*

non יַעֲשֶׂה *faciet qvicqvam*, i.e. facere assolet, *1.Sam. XX. vers.2.*

VI. De Occasione: reddiq; poterit per *Occasionem do, prabeo.* Ut: *& si obveniret ei*(Benjamini)*periculum in viâ &c.* וְהוֹרַדְתֶּם *descendere facietis*, i.e. occasionem dabitis *morti meæ, Gen. XLII,38.*

VII. De Permissione; reddiq; poterit per *Concedo, permitto.* Ut; *Dominus dedit, Dominus* לָקַח *abstulit*, i.e. permisit auferri, *Job.I,21.*

Canon XCIII.

Verbum qvandoqve adjunctum vel conditionem qvandam simul connotat. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr.3. Can.14. V.gr. שתה *Bibere*, scil. copiosè, voluptuariè, adeoq; inebriare sese, *Proverb.* XXXI,*4.seq.* חיה *Vivere*, i.e. bene, feliciter, vigere, florere. *1 Sam.X,24.* ראה *Videre*, nimir. cum tristitiâ & dolore, *Genes.*XI,*16. cap.*XLIV,*34.* vel cum singulari animi oblectatione, *Psal.*XXII,*18. Psal.*XXXV,*21.&c.*

Canon XCIV.

Verba realiter (rem) significantia verbaliter sive de notificatione, denominatione, declaratione &c. modò sunt intelligenda nonnunqvam: & contrà, Verbaliter sive notificationem significantia realiter & de facto sive re ipsâ sunt intelligendâ non

dâ non rarò. Conf. Glasf. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 15. 16. 17. & 18. Ex. gr.

I. *Et dixit Isaac ad Esau: ecce dominum* (שׂום) *posui eum, Jacobum, super te, & omnes fratres ejus* (נתן) *dedi ei servos, & frumento & musto* (סמך) *fulcivi eum*, h. e. declaravi talem fore, meâ benedictione latâ, *Gen.* XXVII, 37. *Beatificabunt me* (אשׁר) *filiæ*, i. e. beatam prædicabunt, *cap.* XXX, 13. *cumq; sacerdos inspexit eum, leprosum, polluet, impurabit* (טמא) *illum*, i. e. impurum, immundum pronunciabit, *Levit.* XIII, 3. *magnum efficite, magnificate* (גדל) *Jehovam*, i. e. magnum esse prædicate, extollite, *Psal.* XXXIV, 4. *ut justificeris* (צדק) *in sermonibus tuis*, i. e. justus agnitus, declareris talis, *Ps.* LI. v. 6. &c.

II. Contrà. V. gr. *non perges vocari* (קרא) *tenera & delicata*, h. e. minimè ampliùs talis eris, *Jes.* XLVII, 1. *increpasti*, (גער) *gentes*, h. e. perdidisti, ut seqvitur mox, *Psal.* IX, 6. *ascendite ad nos & docebimus, notificabimus* (ידע) *vobis verbum* (דבר) h. e. faciemus malè vobis ipso facto, 1. *Sam.* XIV, 12. &c.

Nota:

Ita in N. Instrumento, apud reliqvos itemq; Orientales: testetur vicissim experientia. Sic præsertim Verba *benedicere, maledicere* (maximè cum de Deo enunciantur) aliud nihil important, nisi *benefacere, malefacere* vel *punire*, &c.

Canon XCV.

Verba actiones significantia vehementiores

ciores pro lenioribus nonnunqvam usurpantur: & contrà, actiones significantia leniores pro vehementioribus. Conf. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 19. & 20. Ex. gr.

I. *Et vidit Jehova, qvod exosa esset* (שׂנא) *Lea*, h. e. minùs amata, postposita Racheli, *Genes. XXIX, 31. ecce, ipse, Jobus, in manu tuâ esto, veruntamen custodi, serva* (שׁמר) *animam ejus*, i. e. parce, ne attingas, *Job. II, vers. 6.*

II. *Non prohibuit* (חשׂך) *à morte animam eorum*, i. e. morti tradidit, *Ps. LXXVIII, 50. non gaudet* (שׂמח) *stulti pater*, i. e. vehementer dolet, *Prov. XVII, 21. &c.*

Canon XCVI.

Verbum Activum non præcisè activè, sed habitualiter & qvalitativè nonnunqvam significat. Conf. Glasſ. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can. 21. Ut: *Qvocunq; die comederis ex eo, moriendo morieris*, (מות) h. e. mortalis certò, sive morti obnoxius eris, *Genes. II, 17. omne qvod dividit* (פרס) *ungulam*, i. e. habet divisam vel scissam ungulam, *Levit. XI, 3. &c.*

Canon XCVII.

Verbum Activum non influxum proximum, sed conferentis, mandantis sive procurantis, consentientis & approbantis, vel

vel qvacunq; ratione aliâ concurrentis &c. infert nonnunqvam. Conf. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 3. Can 22. Ex, gr.

I. Conferentis: *Justificantes* (צדק) *multos, ut stellæ in seculum, Dan. XII, 3. facite* (עשה) *vobis cor novum & spiritum novum, Ezech. XVIII, 31.*

II. Mandantis & procurantis: *& ligavit, junxit* (אסר) *Joseph currum suum, Gen. XLVI, 29. Uriam Chittæum percussisti* (נכה) *gladio*, de Davide dicitur, *2. Sam. XII. v. 9.*

III. Consentientis & approbantis: *Vos* (de Sichemitis dicitur, qvod fecerat Abimelech) *insurrexistis contra familiam patris mei, & interfecistis filios ejus septuaginta viros super lapidem unum, Jud. IX, 18.*

IV. NB. Huc refer adeò, suo modo, Verba activa, qvibus Deus *Indurare, Excæcare &c.* dicitur, *Exod. VII. Jes. LXIII. &c.* privativè scil. deserendo, puniendo &c.

Canon XCVIII.

Verbum finitum (prius) alteri junctum in eodem tempore, vel infinito etiam, non raro Adverbii induit habetq; significationem. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 16. Glass. Ph. S. lib. III. tr. 3. Can 35. & 36. V. gr.

I. Alteri junctum in eodem tempore, cum vel sine copulâ. Ut: וַתְּמַהֵר וַתֹּרֶד *& festinavit & dimisit*, i. e. festinanter dimisit *hydriam super manum suam*,

 Gen.

Gen.XXIV,18. וַיֹּסֶף וַיִּקַּח & addidit & accepit Abraham uxorem, i.e. denuò vel iterum accepit uxorem, cap.XXV, 1. הַשְׁפִּילוּ שֵׁבוּ abjicite vos, sedete, h.e. abjectissimè sedete, Jerem. XIII,18.

II. In Infinito. Ut: וַיֹּסֶף שַׁלַּח & addidit emittere columbam ex arca, h.e. iterum emisit, Gen. VIII,10. הֵיטִיבוּ נַגֵּן bene facite pulsare cum clangore, i.e. optimè pulsate, Psal. XXXIII,3. וְהִרְבָּה לְהָשִׁיב & multiplicavit avertere iram suam, h.e. persæpe avertit, Psal. LXXVIII,38.

Canon XCIX.

Verbum in statu positum constructo convenit nonnunqvam genere & numero cum posteriore substantivo (recto) cum deberet cum priore (regente). Conf. Buxt. Thes. lib.II. cap.10. Glass. Phil. S. lib.III. tr.3. Can.44. Præcepta nostr. ed. lib. II. cap.3. pag.172. Ut: Plaga (נֶגַע mascul.) lepræ (צָרַעַת fœmin.) cum fuerit (תִּהְיֶה fœm.) in homine, Lev. XIII,9. מִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ numerus annorum absconditi sunt, pro נִצְפַּן absconditus est, Job. XV, 20. &c.

Canon C.

Verbum Substantivum הָיָה vel הָוָה junctum cum Participio præsenti ejus Verbi, qvo utendum erat, in eodem genere & numero periphrasin facit ejusdem per omnia tempora. Conf. Buxtorf. Thes. lib. II. cap-

cap. ll. reg. 1. Glasf. Phil. S. lib. III. tr. 4. Can. 3. Ut: ויהי מבדיל *& erit dividens*, i. e. dividet, *Genes.* I, *v.6.* ממרים הייתם *rebellantes fuistis*, i. e. rebellastis, *Deuter.* IX, 24. ואהי צם ומתפלל *fui jejunans & orans*, i. e. jejunavi & oravi, *Nehem.* I, 4.

Nota:

Quæ periphrasis apud Chaldæos & Syros freqventissima omninò eſt. Vid. & conf. Chaldaiſmum & Syriaſmum noſtr. lib. I. cap. 4. pag. 23. ſeq. & lib. II. cap. 3. ſeq. pag. 113.

APPENDIX

De

NOMINIBUS PROPRIIS.

Canon I.

Cautè videndum, an ex lingvâ Ebræâ, Orientalibus reliqvis, an verò alienis ſive peregrinis lingvis Nomen proprium originem trahat. Ex gr. ſic Adami, Chavæ, Cain, Abel, Seth, Noæ, Abrahami, Iſaaci, Jacobi; Eden, Nod, Babel, Cenaan, Kedar &c. origine Ebræa ſunt. Belſchatsar, Sadrach, Meſach, Abednego &c. Chaldæa ſive Babylonia. Jegar Sahadutha, Manna, Cephas &c. Syriaca. פסנתרין ſic, סומפניה *Dan.* III, 5. ſimilia alia Græca eſſe volunt, ψαλτήριον, συμφωνία &c. Diſcrimini enim hoc niſi diligenter adhibeatur, riſus materiam, immò errorum fontes non raro hæc atqve talia

 ſubmi-

ſubminiſtrant. V gr. Si Servatoris dulcisſimum nomen *JESU* à Græco *ἰάω ſano*, in Futur. ἰάσω deducas, vel etiam cum qvodam (cujus Eraſmus in Moriâ ſuâ facit mentionem) à divino nomine *Jehovâ*, interpoſitâ ſ. literâ. Ita ſi nomen *Peſach* (פסח) vel *Paſcha* à πάσχειν *pati*: *Kedar* à κήδω, κήδομαι, *angi*, *ſollicitum eſſe*: Cep[illegible] ἀπὸ τῆς κεφαλῆς derives &c. Conf. B. Glasſ. Ph. S. lib. IV. tr. 3. Obſ. 5.

Canon II.

Pleraq; Nomina propria in ſacris ab eventu, ſive rei geſtæ vel gerendæ circumſtantiâ qvadam notabiliore, ſive perſonis ſive rebus, impoſita deprehenduntur. Ex. gr. Adam ab אֲדָמָה *humo*, à qvâ deſumptus fuit, *Gen.* II, 7. Chava à חַיָּה vel חַוָּה *Vita*, qvod ſit mater omnium viventium, *cap.* III, 20. Kain à קָנָה *acqviſitum*, qvod exiſtimaret mater ejus, ſe acqviſivisſe jam jam Virum-Dominum, *cap* IV, 1. Seth à שית *poſuit*, qvia Deus repoſuerit Chavæ ſemen aliud pro Habele interfecto, *cap.* IV, 25. Noah à נוח *qviete*, qvam ſibi poſcebat promittebatq; pater ejus Lamech ſuo tempore, *cap.* V, 29 Iſaac à צחק *riſu* parentum utriusq;, *Gen.* XVII, 17. & 19. *cap.* XVIII. *v.* 12. & 13. Et ſic reliqva adducta ſunt ſuprà Can. I. aliaqve infinita: Jaacob, filii ejusdemq; XII, Moſche, Samuel, Selomoh &c. Eden, Nod, Babel, Bethel, Beerſeba, Morijah, Gilead, Machanajim &c. Conf. & V. Glasſ. Phil. S. lib. IV. tr. 3. Obſ. 9. & 10.

Canon

Canon III.

Bene multa Nomina propria Composita qvoq; sunt ex simplicibus vocibus, absqve vel cum lineolâ Makkaph. Ex.gr. Abram & Abraham ex אָב *pater* & רָם *excelsus* : Melchizedeck ex מֶלֶךְ *rex* & צֶדֶק *justitia*: Benjamin ex בֵּן *filius* & יָמִין plur. Chaldæo-Syro, q.d. *filius dierum, annorum*, h.e. senectutis. conf. omninò *Gen.* XLIV, *20.* Sic בֵּית־אֵל Bethel, q. d. *domus DEI.* Huc referunt illa qvoqve Jehonathan, Jehoschaphat, Jehoram, q.d. *Jehova navathan, Jehova schaphat, Jehova ram:* item עֹבַדְיָה Obadias, qvasi sit ex עֶבֶד & יָהּ decurtato, qvod dicunt, h.e. *servus Domini*, similia alia. Notes h.l. primò: In his atq; similibus qvandoq; Compositi priorem vel posteriorem partem omitti. V.gr. Lehi pro Ramath-Lehi, *Jud. XV, 9. 14. & 17.* Aven pro Beth-aven, *Hos. X, 5. & 8.* Kades pro Kades-barneah, *Deuter I, 9. & 46.* Chusan pro Chusan-rischatajim, *Jud.* III, *8. Habac.* III, *7.*

Secundo item notes, in communi: Literam vel syllabam hic (in Compositis) atqve aliàs, in initio, medio, fine nonnunqvam addi, detrahi, commutari, transponi, &c. Ex.gr. in his atqve similibus: רָם *Ram* & אֲרָם *Aram*, דּוּמָה *Duma* & אֱדוֹם *Edom*, אֲבִיגַל *Abigal* & אֲבִיגַיִל *Abigail*, אַמְנוֹן *Amnon* & אֲמִינוֹן *Aminon*, אָדָם *Adam* & אֲדָמָה *Adamah*, קִיר־חֶרֶשׂ *Kir-chares* & קִיר־חֲרֶשֶׂת *Kir-charescheth*, מְרֹדַךְ & מְרֹאדַךְ & בְּרֹאדַךְ *Merodach* & *Berodach*, עָכָן & עָכָר *Achan* & *Achar*, בַּת־שֶׁבַע & בַּת־שׁוּעַ *Bathscheba* & *Bathschua* אֱלִיעָם & עַמִּיאֵל *Eliam*

& *Ammiel*, יְהוֹיָכִין & יְכָנְיָה & כָּנְיָהוּ *Jehojachin* & *Jechonja* & *Conjahu*, תִּלְּגַת־פִּלְנְאֶסֶר & תִּגְלַת־פִּלְאֶסֶר *Tiglathpileser* & *Tilgathpilneser*, &c. Conf. Glass. Phil. S. lib. IV, tr.3. Obs.2. 3. & 4.

Canon IV.

Homonyma sive Nomina eadem distinctis seu personis seu rebus imposita, non pauca in sacris occurrunt, ritè observanda dijudicandaq;, erroris nec non confusionis vitandæ ergò. Ex. gr. Sic Lamech impius alius est, de familia Caini, *Gen. IV, 18. seqq.* alius pius, filius Methusalæ, *cap. V, 25. seqq.* Mephiboseth alius filius Jonathæ, *2. Sam. IV, 4.* & alius filius Saulis ex Ritzpâ, *cap. XXI, 7. & 8.* Nathan alter filius Davidis ex Bathseba, *2. Sam. V, 14.* conf. *1. Chron. III, 5.* alter propheta Dei, tempore Davidis & ipsius *1. Sam. cap. VII, & XII.* alibi. Joram alter rex Israel, alter rex Judæ *2. Reg. VIII, 16.* Sic, Succoth aliud Palestinæ oppidulum, *Gen. XXXIII, 17. Jud. VIII 5.* aliud Ægypti, *Exod. XII, 37.* Bethlehem, alia tribûs Zabulon, *Jos. XIX, 15.* altera Jehudæ seu Ephrata vocata, *Mich. V, 1.* conf. *Matth. II, 6.* Sic porrô multi in sacris leguntur Pharaones, Abimelechi, Artaxerxes, Antiochi, Ægyptiorum illi, illi Philistæorum, hi verò & hi Persarum ac Syriæ sive Assyriæ reges: qvemadmodum alibi, in profanis, multi Saturni qvondam, Joves, Hercules, Atlantes, Ogyges, Darii, Xerxes &c. hodieq; adhuc Cæsares seu Augusti,

item

item Ottomanni vel Sultani. Notes h. l. etiam atq; interalia, Nomen proprium unius alteri imponi nonnunqvam ob similitudinem qvandam aut typum. Sic ex. gr. Davidis nomine salutatur Messias non semel, conf. & vid. *Jes. LV, 34. Jerem. XXX, 9. Ezech. XXXIV, 23.* alibi. Zionis & Jerusolymorum nomen tribuitur Ecclesiæ N. Testamenti. *Jes. II, 2. seq. cap. XL, 9. cap. XLIX, 14. Zach. IX, 9. &c.* Conf. omnino Glass. Phil. S. lib. IV. tr. 3. Obs. 16. & 19.

Canon V.

πολυώνυμα sive Nomina propria diversa uni vel personæ vel rei imposita vicissim occurrunt: qvorum indoles atqve impositionis ratio item diligenter attendenda dijudicandaq;. Ex. gr. Sic Jacob vocatur etiam Israel, à Deo ipsi hoc superaddito nomine, *Gen.* XXXII, 28. Esavi uxor, filia Chittæi, vocatur Basmath necnon Ada, *cap. XXVI, 34.* & *cap. XXXVI, 2.* Gideon salutatur etiam Jerubbaal, *Jud. VI, 32. cap. VII, 1. cap. IX, 1.* & Jerubbescheth *2. Sam. XI, 21.* Salomon appellatur Jedidjah, h. e. dilectus Domini, o. *2. Sam. XII, 25.* item Lemuel, *Proverb. XXXI, 1.* Nehemias Hattirsata, *Neb. VIII, 9. cap. X, 1.* Daniel Beltescha zar, *Dan. I, 7.* Sic Mischpatum seu fons seu locus etiam dicitur Kadesch, *Genes. XIV, 7.* Gilead vel Galaad mons seu cumulus testimonii Jegar-Sahadutha, *cap. XXXI, 47.* Mons Sion etiam Hermon, Sidoniis Sirion, Ammonitis Senir, *Deuter. III, 9.*

XII, 9. cap. IV, 48. Jeruſchalem qvondam & vocata eſt Salem atq; Jebus conſ. *Gen. XIV, 18. Jud. XIX, 10. 1. Chron. II, 4. ſeq.* Notes h. l. etiam Πολυωνυμα illa, qvæ cum ex ſacris literis per διάνοιαν fere colliguntur, tum qvæ ex collatione paraphraſeων, imò profanis etiam eliciuntur ſcriptoribus. Ex. gr. Sic Simſon eſt Bedan, V. & conf. *1. Sam. XII, 11.* Targum ſive Chaldæum, R. Dav. Kimchi. Ararat montes *Gen. VIII, 4.* ſunt Carduci ſive Gordyæi Armeniæ hodie, unde קַרְדוּ *Kardu* heic legit Targum. Terra Sinaar *Gen. X, 10.* terra Babel eſt, conf. Targ. Jeroſolym. heîc, qvæ & deinceps Chaldæa, &c. Sic Idumæa ſive Edomæa Seir nomine ſæpiuſcule venit qvoq; (גַּבְלָא *Gabla* in Targ. Jeroſolym.) *Deuter. I, 2. cap. II, 8. &c.* Conf omninò B. Glaſſ. Phil. S. lib. IV. tr. 6. Obſ. 12. 13. 14. & 15.

Canon VI.

Nomina propria Civitatum in ſpecie pro agro earundem ſive tractu circumjacente adhibentur nonnunqvam: qvod probè item notandum ob hiſtoriæ lumen. Ex. gr. *Joſuæ XIV, 14.* dicitur: *& ceſſit Chebron Calebo filio Jephunnæ in hæreditatem:* nimirum, intelligitur ager Chebronis, conf. omninò *Joſ. cap. XXI, 11. ſqq.* Sic *Joſuæ XXIV, 32.* dicuntur, *Oſſa Joſephi ſepulta in Sichem:* non certè urbe ipſâ, ſed agro, qvod contextus omnis adſtruit, nec non *Gen. XXXIII, 18. ſeq. cap. XLVIII, ult.* Ita: *Judicum IV, 2.* dicitur: *& dedit eos Jehova in manum Jabinis regis Chananæi, qvi regnabat in Chatzore,* intellige

intellige iterùm agro Hazoritano, qvod vicisſim verba ſubſeqventia evincunt, nec non locus *Joſ. XI, 11. ſeqq.* Conf. Glasſ. Ph. S. lib. IV. tr. 3. Obſ. 20.

Canon VII. & ult.

Cautè tandem videndum ne Nomina propria cum appellativis confundantur: & vicisſim appellativa cum propriis. Qva in re magni alioqvi nominis Interpretes aliqvando hallucinati ſunt, Chaldæi ipſi, Græci, Latini. Ex gr. Chaldæus Interpres, Deuteron. comma 1. hunc in modum ..... : אִלֵּין פִּתְגָּמַיָּא דִּי מַלֵּל מֹשֶׁה וכולי : *Hæc ſunt verba, qvæ locutus eſt Moſes cum univerſo Iſraele citra Jordanem: redarguens eos, qvod peccaviſſent in deſerto, & qvod irritaviſſent Deum in planitie è regione maris rubri: in Paran, qvod murmuraverunt ſuper Manna, & in Hazeroth, qvod irritaverunt eum propter carnes, & qvod feciſſent vitulum aureum.* Ubi, qvod in Ebræo inter alia eſt, בֵּין תֹּפֶל *inter Tophel*, Chaldæus reddit, אִתְפְּלוּ *murmuraverunt*: qvod eſt in Ebræo, וְלָבָן *& Laban*, Chaldæus reddit, *ſuper Manna*, (qvia ſcil. Manna album eſt, לָבָן autem *album*, *alborem* ſignificat) qvod deniq; in Ebræo eſt, וְדִי־זָהָב *& Dizahab*, idem reddit: *qvod fecerunt vitulum auri* vel *aureum.* Sic LXX. Græci *1. Sam. XXV, v. 3. Et ipſe* (Nabal) *erat* כָּלִבִּי *Calebita* (qvod Proprium rectè hac vice & expreſsè Targum: מִדְּבֵית כָּלֵב *ex domo, familiâ Caleb*) reddunt: ἄνθρωπος κυνικός, qvaſi esſet denominativum à nom. appellativo כֶּלֶב *canis*, idem fortè diceretur q; : Nabal aber war ein neidiſcher/hündiſcher Mann. Ita porrò Vulgata

Latina Jobi XLII, comma 14. vel juxta alios codices 18. *& vocavit* (Jobus) *nomen primæ* (filiæ) יְמִימָה *Jemimah, & nomen secundæ* קְצִיעָה *Ketsiah & nomen tertiæ* קֶרֶן הַפּוּךְ *Keren-happuch*, hunc in modum reddit: *& vocavit nomen unius Diem* (יוֹם *dies*, Ebr.) *& nomen secundæ Cassiam* (aromaticam) *& nomen tertiæ Cornu stibii* (קֶרֶן *cornu*, פּוּךְ *stibium*, *fucus* Ebr.) Qvemadmodum etiam LXX Græci ita fere: καὶ ἐκάλεσε τὴν μὲν πρώτην, ἡμέραν, τὴν δὲ δευτέραν, κασίαν, τὴν δὲ τρίτην, ἀμαλθαίας κέρας: Qvæ qvidem uterq; (Vulgatus & Græca versio) hausisse videntur (absq; dubio) ex Targum vicissim vel Chaldæo, qvi qvidem nomina propria Ebræa integra ipse retinet, addit tamen aliud comma adhuc, in qvo nominum horum (propriorum) rationem dare allaborat, hunc in modum: יְמִימָא הֲוָה קְרֵי לַהּ וכולי *Jemimah fuit dicta, qvod pulchra esset ut dies, Ketsiah fuit dicta, qvod pretiosa esset ut Kessia; Keren-happuch, qvod copiosa esset splendore & pulchritudine faciei instar Smaragdi.* Plura aliaq; his similia exempla adscribere h. l. supersedemus. Conf. interim iterùm iterumq; Cl. Glass. Phil. S. lib. IV. tr. 3. Obs. 6. adde & si placet 17.

Tantum.

תלח אב״ן׃

INDEX

INDEX

LOCORUM S. SCRIPTURÆ,

Qvæ in Centuriâ hac Canonum philologicorum adducuntur: & ex iisdem lucem qvalemcunq; accipiunt.

Genef.

Ruth.

Nehem.

Ezech.

Matth.

Errata tandem, Benevole Lector, illa qvaliacunq; deprehenſa de vero & facili tua reſtituet induſtria. B.V.

